



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

Disp. LI. De ascensione Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

tris in quantum secundum Diuinam naturam est in equalitate Patris, secundum autem humanam naturam in excellenti possessione Diuinorum bonorum præ ceteris aliis creaturis. Vtrumque autem soli Christo conuenit. Vnde nulli alij, nec Angelo, nec homini conuenit sedere ad dexteram Patris, nisi soli Christo.

Ad primum ergo dicendum, quod quia Christus est caput nostrum, illud quod collatum Christo, est etiam nobis in ipso datum. Et propter hoc quia ipse iam resuscitatus est, dicit Apostolus, quod Deus nos quodammodo ei conresuscitauit, qui tamen in nobis ipsis nondum sumus resuscitati, sed resuscitandi: secundum illud Roman. 8. Qui resuscitauit Iesum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora nostra. Et secundum modum loquendi subdit Apostolus, quod confedere nos facit in celestibus: scilicet in hoc ipso, quod caput nostrum, quod est Christus, ibi sedet.

Ad secundum dicendum, quod quia dextera est Diuina beatitudo, sedere in dextera, non significat simpliciter esse in beatitudine, sed habere beatitudinem cum quadam dominatiua potestate, & quasi propriam & naturalem, quod soli Christo conuenit, nulli autem alij creature. Potest tamen dici, quod omnis Sanctus, qui est in beatitudine, est ad dexteram Dei constitutus, vnde & dicitur Matth. 25. Quod statuet oues à dextris.

Ad tertium dicendum, quod per thronum significatur iudiciaria potestas, quam Christus habet à patre, & secundum hoc dicitur sedere in throno Patris. Alij autem Sancti habent eam à Christo: & secundum hoc dicuntur in throno Christi sedere: secundum illud Matth. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

Ad quartum dicendum, quod (sicut Chrysostomus dicit super Mat.) locus ille, id est, confessus dextera, inuis est omnibus, non solum hominibus, sed etiam Angelis, sicut enim præcipuum vnigeniti ponit Paulus dicens, ad quem autem Angelorum dixit vnigeniti, quam sede à dextris meis? Dominus ergo non quasi existentibus quibusdam, qui seorsum sunt, sed condescendens interrogantium supplicationi respondit: hoc enim vnum solum querebant præ alijs, stare apud ipsum. Potest tamen dici, quod petebant filij Zebædæ, excellentiam habere præ alijs in participando iudiciariam potestatem eius. Vnde non petebant quod sederent ad dexteram, vel sinistram patris, sed ad dexteram, vel sinistram Christi.

DISPUTATIO LI.

In quatuor Sectiones distributa.

De ascensione Christi, ac termino eius.



Occurrit postremum mysterium toti primæ aduentus Christi Domini in mundum, de quo breuius quam de morte & resurrectione differemus, quoniam & facilius est, & paucis verbis ab Euangelistis describitur. Declarabimus ergo veritatem, & proprietatem huius mysterij, circūstantias quoque atque terminum, ac perpetuitatem eius.

SECTIO I.

Vtrum Christus vere, ac proprie in celum ascenderit.

Non defuerunt antiqui hæretici, qui veram Christi ascensionem in celum in corpore, & animo negarent. Refert enim Augustinus, lib. de agone Christi, cap. 25. aliquos negasse Christum corpus suum supra celos leuasse. Qui mouebantur ex illo Ioann. 3. Nemo ascendit in celum: nisi qui descendit de celo filius

Fr. Suarez tom. 2.

hominis, qui est in celis. Vnde colligebant, solum eam naturam ascendisse, quæ de celo descenderat: corpus autem non descendit de celo: ergo nec ascendit. Alij fundabant hunc errorem in eo, quia negabant Christum cum vero corpore surrexisse, vt Appelles, & eius Sectatores, sicut Aug. refert libro de hæres. nu. 23. Alij dixerunt surrexisse Christum cum carne, eamque secum vsque ad Solis orbem tulisse, atque in astro Solis deposuisse, nuncque ad dexteram Patris sine carne sedere. Qui ita interpretabantur illud Ps. In Sole posuit tabernaculum suum. Ita senserunt Seleuciani, & Hermiani, vt Aug. refert de hæresibus, cap. 59. & eundem errorem tribuit Manichæis Naz. orat. 51. vbi verum errorem videtur attingere ijs verbis. Si quis sanctam

carne nunc depositam esse, nudamque, ac corpore vacuum diuinitatem esse, non autem cum assumpta parte, & esse, & venturam esse dixerit, præsentia illius gloriam non cernat. Vbi enim nunc corpus fuerit, nisi cum ea natura, à qua assumptum est? Non enim, scilicet, iuxta Manichæorum deliria, Soli impositum est, vt per dedecus hongeretur, aut per aerem suum, & dissolutum est. Et propter hanc causam aliquando Augustinus tribuit Manichæis, quod Solem hunc visibilem adorarent, eumque Christum esse dicerent, sic intelligentes illud Ioann. 8. Ego sum lux mundi, vt viderelicet lib. 20. contra Faustum per totam, & tract. 34. in Ioann. Theodoretus vero lib. 1. Hæreticarum fabularum, Hermogeni tribuit, quod asseruerit, corpus Domini in sole esse repositum. Denique Tertull. libro de carne Christi iuxta finem, capit. 24. tacito nomine authoris, Erubescant (inquit) qui affirmant carnem in celis vacuum sensu, vsque vaginam exempto Christo sedere, aut qui carnem, & animam tantundem, aut tantummodo animam, carnem vero non iam. Hæc sunt antiquorum hæreticorum deliramenta.

Non sunt autem minora, quæ noui hæretici confixerunt. Negant enim Christum secundum humanitatem verè, ac proprie ascendisse in celum, non quia opinentur ibi non esse: sed quia sentiunt, vel ab initio incarnationis, vel saltem à sua glorificatione per resurrectionem tam ibi, quam ubique fuisse. Vnde, cum res non moueatur ad illum locum, in quo iam est, non potuit Christus secundum humanitatem proprie ascendere. Dicunt ergo Christum ascendere in celum per metaphoram, nihilque aliud esse, quam in gloria, & maiestate Dei constitui. Quod autem secundum hanc metaphoram dicatur ascendisse in celum, probant: tum ex illo eodem loco Ioann. 3. Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo: non enim descendit nisi metaphoricè, veluti occultando gloriam suam sub humanitate assumpta; ergo tantum etiam metaphoricè ascendit manifestando gloriam & maiestatem humanitatis assumptæ. Tum ex eo, quod per ascensionem dicitur assequutus, vt se deat ad dexteram Dei, atque hoc per metaphoram dicitur: ergo & illud. Ita raciocinantur Brentius, & Illyricus in libris de ascensione Christi: qui decepti sunt ex falso fundamento Vbiquitatis, contra quod disputauimus in præcedenti tomo, disputatio. 32. sect. 4.

Dicendum ergo est primo, Christum Dominum post resurrectionem suam verè, ac proprie in celos ascendisse. Conclusio est articulus fidei, qui habetur proprie Christi in symbolo Apostolorum, & Niceno, & Athanasio, ita ascendit. Quanquam enim in eis solum dicatur ascendisse, & non explicetur hoc esse verè, & proprie intelligendum: tamen hic est sensus symboli, & ita intelligit Syn. Catholica Ecclesia, & omnes Patres, quos statim referemus. Et probatur primo testimonio Scripturæ, quæ in nouo testamento sunt expelsiora, Ioan. 20. ait Christus Magdalenæ. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: & tamen iam resurrexerat, eratque in gloria, & maiestate, loquitur ergo de ascensione locali, & non per metaphoram. Eodem

Ecc in sen-

August.

Psalm. 18.

August.

Greg. Naz.

Ioan. 8.

August.

Theodor.

Tertull.

Ioan. 3.

In celis post

resurrectio-

nem vere, ac

proprie Chri-

sti ascendit.

Sym.

Ioan. 20.

Ioan. 26.

Ioan. 20.

Ioan. 20.

Ioan. 20.

Athor 1.
Luc 24.
Marc. 16.

Ephes 1. 2.
& 3.
Colof 3.
Hebr. 4. & 9.

Athor 1.

Psal. 67.

Testimonijs
Psal. 67.
Expofitio.

Ephes 4.

Auguft.
Hieron.

Theodor.

Tertul.
Profer.
Ruffin.
Pfal. 64.

in fenfu fubdit, *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem* A
vestrum, id est, post paucos dies ascendam: Lucas au-
tem Athor. 1. diferte narrat modum, & initium hu-
ius afcenfionis coram oculatis teftibus, in cap. autē.
24. fui Euangelij exprefsius ponit progreffum, ac
terminum eius dicens, *Ferebatur in calum*, Marc. ve-
rō cap. 16. idem confirmat dicens. *Assumptus est in*
calum, & sedet a dextera Dei. Præterea apud Paulum
est frequens eius mentio, ad Ephes. 1. 2. & 4. ad Co-
loff. 3. ad Hebr. 4. & 9. Quæ omnia in proprio fenfu
effe intelligenda præter authoritatem Ecclesiæ, &
Sanctorum confat ex generali regula Scripturæ.
quod propriè fit intelligenda, vbi circumstantia lo-
ci metaphoram non declarat, illam uero requirit, ne a-
liquid absurdum fequatur: neutrum autem in præ-
fenti occurrit, quin potius cum sermo Scripturæ fit
historicus, non potest integra feruata eius veritate. B
ad metaphoras traduci. Nam cum Luc. ait, *Videntibus*
illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum,
vt vera fit historia, neceffario fatendum est, Apo-
ftolos oculis corporeis vidiffe Christum ascendentem,
donec eum interposita nubes illis occultauit.
item cum ait, *Ferebatur in calum*, non est locus tropis,
& metaphoris. Nā si licet exponere, *ferrebat*, id est
apparebat ferri, quamuis non verè moueretur: eodē
modo, cum dicitur refurrexiffe, comediffe, &c. po-
terunt omnia per folam apparentiam explicari. De-
nique hoc amplius patebit ex fequentibus, cum di-
cimus, quis fit locus, in quem Christus ascendit. Se-
cundō potest ex veteri testamento probari conclu-
fio, præfertim ex Pfalmis. Nam in 67. dicitur, *Can-*
tate Deo, Psalmum dicite nomini eius, hier faotee, qui as-
cendit super occasum, Dominus nomen illi: & infra, Ascen-
difti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in homi-
nibus, & inferius, Psallite Deo, qui ascendit super calos ca-
lorum ad Orientem. Quanquam enim dubitari potest,
an hic Pfalmus de Christo fit ad literam intelligen-
dus, necne, & an prima, & vltima verba recte ac-
commodentur ad hoc myfterium: tamen de illis,
Ascendisti in altum, &c. certum est, ex intentione Spi-
ritus Sancti in aliquo fenfu de Christi afcenfione in-
terpretatur. Quod verō, vbi Pfalmista habet, *Acce-*
pisti dona in hominibus, Paulus legit, *Dedit dona homini-*
bus non refe. t. Quia non funt contraria, fed Paulus
explicuit aliquid, quod Pfalmes tacuerat. Vterque
enim dicit dona data effe hominibus: tamen quia
funt data propter Christum, merito dicit Dauid, da-
ta effe Christo, non in ipfo: fed in hominibus. Pau-
lus verō explicuit, hæc dona ita data effe homini-
bus propter Christum, vt etiam ipse Christus ea do-
net. Sic ferè interpretatur Auguft. Aliter Hierony-
mus fuper ad Ephes. dicit Pfalmistam vsum effe ver-
bo accipiendi, quia prædicebat rem futuram: Aposto-
lum vero verbo dandi, quia narrabat rem factam.
Antequam enim Christus distribueret hæc dona,
potest dici, potius accepiffe, quam dediffe, quia so-
lum acquifierat ius dandi: postquam vero illa distri-
buit, proprie dicitur dediffe. Aliter Theodoretus
in dictum psalmum, *viraque* (inquit) *acciderunt*
(scilicet accipere, & dare) quando quidem qui acce-
pit, ab accipientibus fidem, largitur gratiam. Itaq; Deus
vel Christus dicitur accipere dona in hominibus, in
quantum accipit, vt homines in eum credant, eum
ament, ac venerentur: tamen hoc quod accipit, ipse
donat. Quia nemo potest credere in Christum, nisi
dono Christi, ipse ergo & dat & accipit dona, quia
& dat gratiam, & quod dat, in gloriam, & honorem
eius cedit. Et ita hoc loco prædicta est & afcenfio
Christi, & charifmatum Spiritus Sancti donatio:
atque vtrumque colligunt ex hoc loco Patres, tum
qui epistolam ad Ephes. tum qui Pfalm. 57. exponit.
Et Tertullian. libro quinto, contra Marcionem cap.
octauo, Profer libro secundo, de Promiffionibus
Dei. capit. 31. Ruffinus in expof. Symboli, & alij pa-

fim. Præterea adduci poffunt verba illa Pfal. 46. *A-*
scendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ, &
Pfal. 8. *Exaltata est magnificentia tua super calos Deus:* &
& alia, quæ à Prospero fupra, & Cyrillo Ierofolymita-
tan. cat. 4. & alijs citantur in fenfu mystico potius
quam in literali. Rurfus ex Michea secundo affert D.
Thomas verba illa, *Ascendit pandens iter ante eos,* vbi
more Prophetico præteritum pro futuro positum
est. Et quod ibi ad literam fit sermo de Christo,
confat ex Hieronymo, & eodem modo expofuiffe
antiquos Hebræos refert Galatin. libro octauo de
arcanis cath. veritatis, cap. 23. & patet tum ex illis
verbis antecedentibus, *In vnum conducam rel. quas*
Israel: tum ex alijs fequentibus, transibit Rex eorum
coram eis. Dicitur autem Christus ascendere pandens
iter hominibus, quia ipse primus aperuit viam, & ia-
nuam regni, quæ antea hominibus claufa fuerat. Et
ita etiam de hoc myfterio exponuntur à Patribus il-
la verba Pfalm. 23. *Attollite portas Principes vestras,* &
eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ, vt latè
discurrit Gregorius Nyffenus oratione de Afcenfio-
ne. Ad idem quoque myfterium accommodant
verba Ifa. cap. 62. *Quis est ifte, qui venit de Edon, inctus*
vestibus de Bojra. Quæ interpretans Cyrillus in Exe-
gefi ad Achatium, *Ad calum* (inquit) *Vnigenius Dei,*
vna cum carne filij vnus redit, eratque nouum hoc in calis
spectaculum. Obfupuit enim sanctorum Angelorum mul-
tudo, cum Regem gloriæ, exercitumque Dominum in
forma humanæ carnis ei. Aiebat enim, *Quis est ifte, qui ve-*
nit de Edon, id est, ex terra. Cui interpretationi quadrat
Prophetæ refponfio. *Iste formofus in ftola fua, gradiens*
in multitudine fortitudinis fua. Eodemque modo ex-
pofuit Origenes coniungens hunc locum cum alio
citato ex Pfalm. 23. rom. 9. in Ioann. & Ambrosius
libro de institutione Virginis, capit. quinto. & libr.
de ijs, qui iniunguntur myfterijs, capit. feptimo, & Au-
guftinus sermone quinto, de Refurrect. *Viderum* (in-
quit) *Calices cuncti speciosum vulneribus Christum* (spolia
e coelefti tyrannicis reportantem, & admirantes fulgentia
diuina virtutis vexilla, talibus concrepant hymnis, adedu-
cunt, latantes. *Quis est ifte Rex gloriæ? Denique eodem*
modo exponunt vtrumq; locum Dionys. 7. cap. Cæ-
left. Hilar. Iuftin. dialog. cum Triphone, Cyrill. Ale-
12. in Ioan. ca. 57. & fuper Ifaiam, vbi etiam Hierony-
mus.

Tertio poffumus rationem adiungere. Quia cœ-
lum est locus, quem Deus sanctis, ac beatis homini-
bus præparauit, & ideo singulariter dicitur *sedes Dei,*
quia ibi singulariter fe manifeftat, ac regnat: iuxta
illud Pfalmi 102. *Dominus in calo parauit fedem fuam.*
Et quod fit sermo de calo corporeo, quod extreme
diftat à terra, patet ex illa vfitata antithesi Scripturæ
Pfal. 113. *Calum cali Domino, terram autem dedit filijs*
hominum. Ifa. 66. *Calum mihi fedes est: terra autem*
scabellum pedum meorum. Idem ferè Matth. 5. & 6. er-
go hic locus maximè debebatur Christo in gloriofo
corpore fufcitato. Tum quia perfectior est in bea-
titudine, quam reliqui Sancti. Tum etiam quia nos
ibi fumus futuri, vbi ipse fuerit, iuxta illud, *Vbi fum*
ego, illic & minister meus erit, & ideo aiebat ipse, Vado
parare vobis locum, & iterum vniam, & accipiam vos ad
meipsum, vt vbi ego fum, & vos fitis. Si autem Christus
corpore, & animo gloriofus futurus erat in calo, o-
portuit, vt illuc alenderet. Quia fecundum hu-
manam naturam antea non erat ibi, cum non effet
vbiq;: fed in proprio loco, in quo circūfcribebatur,
vt oftendimus in priori tomo. Vnde Ruffinus in
expositione symboli. *Acndit* (inquit) *in calum, non*
vbi verbum Deus antea non fuerat: fed vbi Verbum caro
factum antea non federat. Et Leo Papa ferm. secundo
de Afcenf. *Ineffabili* (inquit) *modo per afcenfionem ca-*
pit effe diuinitate præfentior, qui factus est humanitate
longinquior. Et Vigilius libro primo cont. Eueych. *Vig.*
Per formam ferui, quam abftulit nobis in calum, & abfens
est.

est nobis per formam Dei, quæ à nobis non recessit, præsens est nobis. Ex quibus constat, licet per communicationem idiomatum Deus proprie dicatur ascendisse: motum tamen ascensionis non in diuinitate, sed in humanitate tantum fuisse, atque adeo non ascendit se Christum, vt Deum proprie loquendo: sed vt hominem, sicut in articulo secundo explicatum est.

Secundo dicendum est, Christum Dominum per successuum motum in celum ascendisse. Hæc conclusio partim est certa, partim in opinionem cadit. Quod enim in principio, quando à terra attolli cepit ex monte Oliueti paulatim, & successiuo motu ascendit, aperte colligitur ex illis verbis, *Videntibus illis eleuatus est.* Non enim poterat videri ascendens, nisi paulatim, & visibiliter moueretur. Idem significat Lucas verbis illis *recessit ab eis, & ferebatur in celum.* Vnde colligitur durasse huiusmodi motum Christi ascendens, donec nubes suscepit, seu occultauit enim ab oculis discipulorum, quia ad id vsque temporis visus est à discipulis ascendens. Et hætenus nulla est controuersia inter Catholicos. De reliqua vero parte motus dissentit. Quidam enim dicunt, ab eo spatio, in quo nubes Christum occultauit, non ascendisse amplius motu continuo: sed vna mutatione subita, ac instantanea transiisse ad vltimum vsque terminum, in quo sessurus erat, absque transitu per medium. Ita opinatur Abulens. Paradox. 5. cap. 12. & Durand. sub disunctione affirmat, vel hoc modo fuisse motum, vel celum fuisse diuisum, vt ascenderet. Qui eo innitur fundamento (vt supra vidimus) quod duo corpora non possint simul esse in eodẽ loco se penetrando. Quod omnino falsum esse demonstrauimus. Quare (si Abulensis sententia in eo fundetur, quasi impossibile sit, aliter Christum ascendisse sine diuisione celorum) eodem modo falsa est, & improbabilis. Si vero solum fundetur in congruentia quadam, quia Christus ad ascendendum non indigebat illa motus successione, ideoque in principio ascensionis illa solum propter homines sit vsus, vt ab eis cerni posset, post vero cessante hoc fine, non oportuerit amplius ita moueri, hoc (inquam) sensu sententia hæc est vt eumque tolerabilis. Nihilominus tamen multo probabilius est, Christum eodem genere motus ascendisse, transiendo per omnia corpora intermedia. Quæ est sententia communior Theologorum in 3. d. 22. D. Thom. quæst. 2. artic. 2. quæst. 2. Richard. artic. 5. quæst. 1. Alexan. Alenf. 3. p. quæst. 23. mem. 3. Verum est, aliquos ex prædictis authoribus niti fundamento extremè contrario, scilicet, quod sit impossibile corpus mutare locum in instanti, & transire ab extremo in extremum sine existentia in medio. Quibus videtur fauere D. Tho. hic artic. 3. ad 3. Superius tamen agendo de dotibus corporis gloriosi ostendimus hoc non esse impossibile. Quod ergo non ita factum fuerit, nõ potest demonstrari, sed solum congruentia aliqua fieri verisimile. Tum quia magis decere videtur maiestatem Christi, vt paulatim suam ascensionem prosequeretur, sicut eam in choauerat. Tum etiam, quia oportuit eum per omnes celos transire, vt tanquam supremus Dominus possessionem omnium acciperet, & quodammodo sua præsentia sanctificaret.

Dices (hoc etiam interrogant huius temporis heretici) si Christus ita visibiliter ascendit penetrando celos, cur Apostoli non sunt permisi id suis oculis videre, vt possent esse tanti mysterij testes oculati? Respondetur, quia non potest illuc pertingere naturali virtute oculus humanus, neque oportebat nquo miraculo, & inusitato id fieri, vt fides maiore locum haberet, ad quam sufficiebat, & prædictio ipsius Christi, & testimonium Angelorum dicentium, *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in celum, sic veniet, &*

Fr. Suarez. tom. 2.

A Actor. 1. Vt enim mysterium supernaturale fieret credibilis, oportuit illud conspiciere in principio: quia naturaliter conspici poterat: non tamen oportuit consummationem eius, secundum quam humani aspectus vim superabat, in sese conspici ac videri. Sicut non est visa incarnatio, nec resurrectio. Loquitur de hac re eleganter Chrys. hom. de ascens. tom. 3.

Tertio dicendum est, Christum ascendisse vsque ad celum supremum. Hæc conclusio absolute sumptæ est certa. Primo, ex modo loquendi Scripturæ ad Hebr. 4. *Habentes Pontificem qui penetrauit celos, id est, qui petrauit omnes celos.* Nam illa indefinita pro vniuersali posita est, & ideo cap. 7. dicitur, *Christus excelsior calis altus, & clarius ad Ephes. 4. Ascendit, inquit Paulus, super omnes celos.* Et ita interpretari videtur verba Psalmi 67. *Ascendisti in altum, id est, in fastigium, seu in sublimem locum.* Hanc enim vim habet vox Græca ὑψος, quæ fastigium seu sublimitatem significat, & ita etiam vertit Tertul. lib. 5. in Marcio. nem c. 8. Secundo, quia supremum illud celum est sedes Beatorum, & ipsius Dei thronus, quatenus in eo loco sese singulariter manifestat, vt colligitur ex antithesi Scripturæ supra citata, *Celum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.* Actor. 7. ergo in eundem locum Christus ascendit. Tertio est coniectura. Quia non est verisimile Christum quiescisse in aliqua sphaera celesti earum, quæ continuo motu agitantur: sed in aliquo quieto celo, & immobili: hoc autem est supremum, quod vocamus Empyreum.

Duobus autem modis intelligi potest, Christum quiescisse in illo celo. Primo vt totum eius corpus manserit intra celum, vel penetratiue, vel circumdatum superficie cæli, sicut nos sumus modo in ære. Secundo, vt totum Christi corpus sit supra conuexam superficiem illius, Durand. in 3. d. 22. q. 8. primo probat, verumtamen modum esse possibilem, quod tam est per se notum, vt nulla indigeat probatione. Deinde eligit priorem, vt magis congruentem, affert tamen rationem valde infirmam, scilicet quia si totum Christi corpus esset supra conuexam cæli, neque seipsum, neque alia videre posset. Hæc enim illatio nullius est momenti. Supra enim declarauimus, quomodo Beati possint vti aspectu etiam extra conuexam cæli. Potest vero hæc opinio tribui D. Thom. in 3. d. 22. q. 3. artic. 3. qu. 1. ad 1. vbi aperte docet, non dici Christum ascendisse super celos, quia extra celum Empyreum sit: sed quia in altissimam partem illius cæli ascenderit. Hoc etiam sensu tenet Caietan. & Ferrar. 4. cont. Gent. c. 87. Palud. in 3. d. 22. q. 5. & reliqui discipuli D. Thom. Et est hæc opinio magis consentanea D. Thom. hic, vt vidimus in commentario, & idem sentit 4. cont. Gent. c. 87. & 88. & quodlib. 6. artic. 3. Vnde vel retractauit sententiam, quam in Tertio docuerat, vel exponendus est, ibi tantum negasse Christum esse extra celum, ita vt nullo modo celum tangat. Vnde, quod ait, *In altissimam partem cæli Empyreum ascendisse,* intelligi potest, quod suis pedibus tangit, & calcit supremam partem cæli. Est præterea hæc sententia consentanea modo loquendi Scripturæ. Nam penetrare celos, & ascendere super omnes celos, hoc proprie significat. Vnde Chrysost. homil. 11. in ad Ephes. *Ascendit [inquit] super omnes celos, vltra quos nihil est aliud: hoc videlicet est potentia, & dominationis ipsius.* Idem Theoph. ibi, & Oecumen. Quare pie exponenda Theoph. sunt verba, quæ super hunc locum Hieronym. scripsit, *Numquid corporaliter omnes celos, & vniuersas sublimitates & eorum circulos, quos philosophi sphaeras vocant, transiens, atque transcendens stetit in summo cæli fornice, & [vt ipso verbo vtar] abside? An certe omnia corporaliter contemnens, atque despicens, & æterna contemplans*

Ecc 2

templans

templans super calos, id est, super inuisibilia stetit credendus est: quod ego melius puto. Hoc enim ita intelligendum est, ut non excludatur prior sensus, qui proprius est, & literalis: sed utrumque verum esse credatur. Quo modo dixit ibi Anselm. *Ascendit non solum super omnes calos materiales, sed & super omnes celestium virtutum ordines, superans loco, & dignitate omnem creaturam.* Et hæc est unica ratio, & congruentia huius sententiarum, quam in commentario latius explicui. Hanc vero disputationem August. verbis concludamus, qui in libro de fide & Symbolo, capit. 6. sic inquit, *Credimus in calum ascendisse: sed ubi, & quomodo sit in calo corpus Dominicum curiosissimum, & supernacaneum est querere, tantummodo in calo esse credendum est. Non enim est fragilitatis nostræ, calorum secreta discutere: sed est nostræ fidei de Domini corporis dignitate sublimia, & honesta sapere.*

Testimonij
Ioann. 7.
Explicatio.

Ex fundamentis hæreticorum solum illud testimonium Ioan. 3. *Nemo ascendit in calum, nisi qui descendit de celo*, indiget aliqua expositione (cetera enim nullam habent difficultatem.) Ad illud ergo testimonium in primis dicitur, ibi non esse sermonem de corporali Christi ascensione: quia ibi verbum *ascendit*, non est præsentis temporis, sed præteriti, Christus autem nondum tunc ascenderat corporaliter. Vnde necesse est, intelligi, aut de spiritali ascensione per gloriam animæ, aut (quod frequentius est apud Patres) de præsentia diuinitatis, per quam omnia replebat, & omnia intuebatur. Quare (si attentè legatur) non dicit Christus, se tunc ascendisse in calum: sed existere in calo. Vnde ex hoc loco colligunt Patres immensitatem, & diuinitatem Christi, tam exponentes hunc locum, quam locum ad Ephes. 4. & præterea Hilarius. 10. de Trinitate, & Nazianz. Orat. 51. At verò quanquam hæc responsio satisfaciatur huic testimonio: tamen quia Paulus ad Ephes. 4. agens de corporali ascensione Christi eodem modo dicit, *Qui ascendit, ipse est, qui descendit*, ideo dicendum est secundo cum Theod. ad Ephes. 4. non alium descendisse, & alium ascendisse: sed aliter descendisse, & aliter ascendisse. Cum descendisset enim incorporeus, ascendit corporeus. Quod declarat Augustinus dicto libro de agone Christiano, cap. 25. *Quia ascendere est personæ, non naturæ, nisi in quantum est in persona. Eadem persona Christi descendit, & ascendit: descendit autem cum non haberet corpus: ascendit autem corpore induta.* Quapropter non est necesse ascensum, & descensum æque proprie intelligi, sed iuxta capacitatem & statum personæ, cui attribuitur. Addo vero, Paulum non loqui tantum de descensu per Incarnationem: sed de descensu ad inferos, qui etiam fuit, verus, ac proprius per localem motum, quamuis, quia descendit in sola anima, descensus ille fuit per motum accommodatum spiritui. Ascensus vero, cum fuerit in corpore, factus etiam est per motum corpori accommodatum.

Dubium.

Responsio.

Hic vero inquiri solet, quomodo corpus terrenum, & graue potuerit ad celestia ascendere, & utrum motus ille fuerit violentus, an naturalis. Sed hæc explicata à nobis sunt, cum de dotibus corporis gloriosi ageremus. Vbi ostendimus corpori in tali statu gloriæ constituto connaturalem esse huiusmodi motum: ideoque respectu ipsius naturæ corporis non posse huiusmodi motum dici violentum, sed supernaturalem.

SECTIO V.

Quibus circumstantiis facta sit Christi ascensio.

DE mysterio ascensionis (quod attinet ad naturam, & essentiam eius explicandam) nihil aliud dicendum occurrit præter id, quod superiori sectione

tractatum est. Rursus omnes causæ eius etiam sunt in superioribus subpositæ. Nam de finali diximus in commentario artic. 1. explicando rationes, ob quas fuit conueniens Christum ascendere: de efficiendi in artic. 3. & cum de dote agilitatis ageremus. Et de eare frequenter differunt Patres agentes de ascensione Christi constituentes differentiam inter raptum Henoch, & Eliæ, quod ij aliena virtute in calum aereum rapti sint: Christus vero usque in æthereum propria virtute ascenderit. Specialiter videri possunt Greg. hom. 29. in Euangelia, Chrysost. dicta homilia de ascensione, & Cyrillus Ierosolymitan. dicta cat. 14. Alia vero causarum genera non habent in præsentem locum. Nam præter ipsum Christi corpus, quod erat subiectum, & motum, qui ipsum afficiebat, non potest hic aliud genus causæ materialis, aut formalis excogitari. Præterea de effectibus ascensionis nihil dicendum occurrit. Quia, quæ diximus de resurrectione, ad ascensionem accommodari possunt. Est enim ferè eadem ratio, & nulla specialis difficultas in his occurrit. Reliquum ergo est, ut de circumstantiis ascensionis pauca dicamus, & explicemus ea, quæ ab Evangelistis breuiter perstringuntur. Sunt autem quatuor, quæ ab eis inueniuntur, scilicet, ubi, quando, quomodo, & quo comitatu ascenderit.

Primo igitur de loco, ex quo Christus ascendit, Lucas in Euangelio cap. 24. habet hæc verba, *Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & elevatis manibus suis benedixit eis, & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in calum.* In actis verò cap. 1. magis explicat, quis fuerit ille locus, quo Christus discipulos eduxit, ut inde ascenderet, dicens fuisse montem Oliueti, distantem ad Ierosolymis itinere Sabbathi, id est, quod iuxta traditiones Hebræorum in die Sabbathi agere licebat: illud autem erat spatium bis mille pedum (ut Hieronym. refert epist. 151. ad Algasiam. q. 10. & 30.) seu mille passuum, ut ait Beda, quæst. 1. in acta, & in comment. Actor. 1. Lib. autem 6. super Lucam cap. ultimo dicit, Bethaniam positam fuisse in latere montis Oliueti, & distasse Ierosolyma quasi stadiis quindecim, ut dicitur Ioannis 11. quæ faciunt ferè bis mille passus. Vnde fit quod Lucas ait, *Eduxit eos in Bethaniam*, posse intelligi, non quod duxerit eos usque ad ipsum oppidum: sed versus illud, & per viam fortasse, quæ ad illud tendebat, usque ad illum locum montis Oliueti, ex quo ascensus erat in calum: quique videtur fuisse in medio itinere inter Ierosalem, & Bethaniam, & fortasse ille locus constitutus erat intra fines Bethaniam. Vel certè (quod probabilius est, & magis consentaneum textui) duxit eos usque ad ipsam Bethaniam, fortasse ut familiarem amorem erga Magdalenam eiusque fratres ostenderet: inde vero recessit in montem, vnde ascensus erat. Cur autem eum locum elegerit, facile est rationes mysticas excogitare, & in Beda supra legi possunt. Literalis enim sufficiens est voluntas facientis, & quia fortasse pro temporis ac personarum opportunitate ille locus erat commodissimus. De quo, & de templo ibi edificato, & de signis, seu vestigiis Christi, quæ in eo sunt mirabiliter conservata legi potest Beda de locis sanctis, cap. 7. Est autem verisimile ex eo loco, ex quo Christus cepit ascendere, via recta in calum conscendisse, quædiu ab Apostolis visus fuit: an vero postea eodem modo recta via inceserit, usque ad calum empyreum, atque ad eum, an quieuerit in loco celesti, qui è regione responderet terrestri loco vnde discessit, incertum est, & nimis curiosum esset illud inquirere, ut supra ex Augustino referebamus.

Secundo, de circumstantia temporis vnum est certum, scilicet, quadragesimo die post resurrectionem suam Christum ascendisse, ut constat ex illis verbis Actorum primo, *Per dies quadraginta appa-
uit eis.* Cur autem tot diebus Christus distulerit ascen-
sionem

Greg. Pap.
Chrysostom.
Cyrillus.

Ascensio
locus.
Luc. 24.
Act. 1.

Hieron.
Beda.

Beda.

tionem suam, dictum est in superioribus, nimirum
ut illis diebus resurrectionis suae veritatem ostende-
ret, & de regno Dei discipulos instrueret, Ecclesiam
que suam perfecte fundaret, ut fecisse legimus apud
Euangelistas, praesertim Ioannem, & Lucam Acto-
rum. 1. Et recte explicant Leo Papa sermone. 1. de As-
censione, & Cyprianus sermone. item de Ascensione.
Quoniam vero ad eos fines non erat necessarius praeci-
se numerus quadraginta dierum (poterat enim
Christus & pluribus & paucioribus ea omnia perficere)
ideo sancti Patres, in hoc diebus numero mysticas
rationes excogitant, quas breuiter attingit Beda in
comment. Acto. 1. Alexan. Alens. 3. part. quaestio. 23. M. 5. Addendum vero est hos dies ita
esse numerandos, ut, & dies ipse resurrectionis, &
dies Ascensionis illis comprehendantur. Nam constat
ex Euangelio, tam in die Resurrectionis, quam
Ascensionis Christum Discipulis apparuisse. Ergo si
tantum per quadraginta dies eis apparuit, necesse
est, ut quadragesimo die à Resurrectione facta fue-
rit Ascensio, utrumque extremum concludendo. Vnde
fit ulterius, hunc diem Ascensionis fuisse feriam
quintam hebdomadae. Oportet enim supra est,
Christum resurrexisse Die Dominica: computando
autem quadraginta dies à die Dominico, necessario
sequitur, ut quadragismus sit dies Iouis. Et haec om-
nia confirmat Ecclesiastica traditio, & festiuitas,
quae in memoriam huius mysteriorum eo die semper
fuit in Ecclesia solenniter celebrata, ut constat ex
Clemente Papa libro quinto constitutionum capit.
decimo octauo, alias 20. ubi refert Apostolorum
constitutionem. Numeratis quadraginta diebus à primo
Dominico die celebrata diem festum Assumptionis Do-
mini, quo die absolutam omnem dispensationem ascendit ad Deum
Patrem suum.

De hora vero illius diei, in qua Christus ascendit,
vix aliquid inuenio ab scriptoribus dictum, neque ex
Scriptura aliud colligi potest, quam quod postquam
illa die Christus cum discipulis comedit, eduxit eos
in Bethaniam, & inde assumptus est. Quod patet ex
verbis illis Acto. 1. Conuersens praecipit eis, &c. & in-
fra: cum haec dixisset, eleuatus est. Quanquam enim non
nulli cum Erasmo, Caietano, & alijs, existiment hoc
loco non esse legendum, conuersens, sed conuersans, eo
quod verbum Graecum συνελθόν, non significat co-
medere, sed conuersari: nihilominus Latina lectio
sine dubitatione retinenda est, cum in omnibus vul-
gatis codicibus sine ulla varietate habeatur, & ita le-
gant omnes Latini interpretes, Beda, Glossa, & po-
steriores omnes, ac Hieronymus, Epistolae. 150. ad Hedi-
biam, quaest. 7. & participium Graecum respondens
huius Latino, συνελθόντες, licet proprie significet con-
gregatos, tamen interprez, vel aliter legit, vel tacite
mentem Lucae attingit. Nam hoc etiam posteriori
modo interpretati sunt Chrysostomus, & alij Graeci.
Et potest confirmari ex Euangelio Marci cap. vii-
timo, ubi dicitur, Nouissime recumbentibus vnde cum di-
scipulis apparuisse illis Iesum, & loquutum cum eis, fini-
toque colloquio assumptum esse in caelum. Facta est
ergo ascensio post sumptum cibum cum discipulis.
Vnde fit verisimile, pomeridiano tempore Chri-
stum ascendisse in caelum, tum quia credendum est,
non recubuisse multo tempore ante meridiem. Tum
etiam, quia (ut supra vidimus) post prandium, quod
in canaculo factum fuit, eduxit eos usque ad mon-
tem Oliueti, in quo itinere, & in congregandis alijs
discipulis tempus aliquod infumendum erat. Est
autem in multis locis consuetudo, hora diei duode-
cima usque ad primam post meridiem publicae, so-
lennique orationi vacare in memoriam Dominicae
ascensionis. Quae consuetudo indicare videtur, fi-
deles sentire ea hora Christum ascendisse. Sed quam
hoc certum sit, alijs iudicandum relinquo. Non est
tamen hoc loco praetermittendum (quod Beda re-
fert de locis sanctis, cap. 7.) festiuitatem huius diei

Fr. Suarez tom. 2.

fuisse diuinis, ac caelestibus prodigijs in eodem loco,
ex quo Dominus ascendit, decoratam. Nam in die
(inquit) ascensionis Dominicae, per annos singulos, missa
peracta valide flammis procella desursum venire consueuit,
& omnes, qui in Ecclesia fuerint, in terram prostrare. To-
ta ibi ea nocte lucerne ardent, ut non illustrari tantum sed &
ardere mons, & supposita loca videantur.

Circa tertium de modo, quo Christus ascendit.
Non agimus de modo proprio ipsius motus ascen-
sionis (de hoc enim iam diximus, quia magis perti-
net ad substantiam, quam ad circumstantias myste-
rii) (est ergo sermo de modo, quo discipulis valedi-
xit, & eorum sese oculis subdixit, eosque ad sua
redire iussit. Quae omnia breuiter Lucas narrat ca-
pit. 24. Euangelij, & Acto. 1. & in primis dicit, an-
tequam discederet, eleuatis manibus benedixisse
eis, nimirum beatissimae Virgini, & Apostolis omni-
bus, quorum expressam mentionem facit, & alijs
discipulis, quos significat fuisse fere centum viginti.
Totidem enim dicit, fuisse congregatos in canacu-
lo, quando Petrus ad eos sermonem habuit. Vnde
omnes illi videntur vna cum Apostolis ibi perseue-
rasse usque ad Spiritus sancti aduentum: omnes er-
go illi ad minimum adfuisse creduntur, quando
Christus ab eis recessit, eisque inter alia dixit. Vos au-
tem sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Pro-
babile etiam est, tunc fuisse factam illam apparitio-
nem, in qua Paulus ait. 1. Corinth. 15. Visum esse
Christum à quingentis fratribus, de qua re supra tracta-
tum est. Quod autem Christus ante discessum benedi-
ctionem suam impartitus sit, satis perspicuum,
ac per se notam rationem habet. Illa enim benedi-
ctio nihil aliud fuit, quam multorum bonorum de-
precatio, verbis facta, ipsis audientibus. Primo, in
amoris, ac beneuolentiae signum. Secundo, ut re ipsa
ea bona discipulis conferret. Non enim poterat eius
benedictio non esse efficax, cuius dicere, facere est.
Tertio ut se se summum Ecclesiae Pontificem pasto-
rem, ac superiorem ostenderet. Nam ut ait Paulus
ad Hebr. 7. Qui minor est, à maiori benedicitur. Illa ve-
rò manuum eleuatio antiquum fuit signum, quo
Patriarchae, & Pontifices vti solebant, quando bona
alijs imprecabantur, ut legimus, Leuit. 9. & Genes.
48. fortasse ad indicandum non tam terrestria, quàm
caelestia bona illis imprecari, vel Deum esse, à quo
fructus benedictionis sperandus sit, & ad eum esse
cor eleuandum, ut benedictio sit efficax. Potest au-
tem pie, & probabiliter credi, Christum non utcu-
que manus eleuasse, sed in crucis signum, vel cancel-
latis manibus, sicut Iacob nepotibus benedixit
Genes. 48. benedictionem in Christo futuram per
signum crucis praesignificans [ut Tertull. notauit
libro de baptismo cap. octauo] vel in crucis formam
manus ad caelum tollendo, sicut de Moyse legimus
Exod. 17. Quam etiam fuisse figuram crucis, & efficaciam
eius notant Gre. Naz. oratione 6. & alij, quos in prio-
ri tomo retulimus. Vel certe in aere crucem descri-
bendo, sicut nunc est in usu Ecclesiae, quem ex Apo-
stolica traditione manasse testatur Basil. li. de Spiri-
tu sancto cap. 37.

Secundo ait Lucas facta benedictione, Christum
fuisse eleuatum in caelum, videntibus omnibus. Et
nubes (inquit) suscepit eum ab oculis eorum, quod my-
sterium ait Cyrill. Alex. epistolae ad Anastasium, Ale-
xandrum, & alios patres monasticam vitam agen-
tes, praedictum esse à Daniele, quando vidit quali fi-
lium hominis venientem in nubibus caeli usque ad
antiquum dierum, eique datum esse honorem, &
regnum: habetur haec epistola in tomo secundo,
Concilij Ephes. appendice 1. cap. 6. De hac verò nube
quid fuerit, quod uel ministerium tribuerit Christo,
varie sentiunt scriptores. Abulensis parado. 5. cap. 8.
& sequentibus sentit, hanc fuisse veram nubem, vel
ibi denuo genitam, vel aliunde adductam, & Chri-
sti pedibus suppositam, non ut corpus illius sustine-
ret,

Ecc 3

Ascensio
Christi mo-
do.

Luc. 24.
Acto. 1.

Cor. 15.

Hebr. 7.

Signum be-
nedictionis
autem anti-
quum quale.
Leuit. 9.

Genes. 48.

Tertull.

Exod. 17.

Gre. Naz.

Basil.

Cyr. Alex.

Dan. 7.

Con. Eph.

Abulens.

Leo Papa.
Cyprian.

Beda.
Alex.
Clem.

Tempus, seu
dies Ascensio-
nis Christi.
Acto. 1.
Eras.
Caietan.
Beda.
Gloss.
Hieronym.
Chrysost.

Ascensio
Christi hora

Medina.

Caiet.

Vera in ascen-
sione Christi
nubes appa-
ruit.
Chrysostom.

Psalm. 103.
Beda.

Caiet.

Ignat.

Christi in ca-
lum ascende-
re trium-
phus.

ret, vel sursum duceret, (nam potius ipse vel virtute sua, vel angelorum ministerio eam attollebat secum) sed propter ornatum quandam, ut ad modum throni, & sedis illi famularetur. Hanc sententiam refert latè hoc loco Medina, & postea subdit has esse nugas, & fabulas: nullamque rationem, vel probationem adducens affirmat illam nubem nihil aliud fuisse, quam splendorem quandam, quem corpus Iesu, cum esset iam cælo propinquius, genuit, cuius similitudinem perspicimus in cælo in ea, quæ vocatur, *via lactea*, quod sumptit ex Caietan. Actor. 1. Mihi tamen in primis videtur non esse, cur negemus, illam fuisse veram nubem. Nam scriptura non dicit fuisse quasi nubem, aut in nubis similitudine, sed simpliciter nubem appellat. Ergo, cum sine vilo incommodo possit propriè, ac verè intelligi, ita est scriptura exponenda. Sic apertè exponit Chrysostom. hom. 2. in Acta, ubi dicit, Hanc nubem fuisse cal. Symbolum, declarans, quod in ipso signo diuine potentie ascenderet, iuxta illud Psalm. 103. Qui ponis nubem ascensum tuum. Beda etiam super Acta similiter exponit. Deinde, non constat hanc nubem descendisse usque ad terram (sicut A. bulensis dicit) & suppositam pedibus Christi vnâ cū eo ascendisse per modum sedis gestatorie, hoc enim in scriptura fundamentum non habet. Nam, ut rectè Caiet. notat, scriptura non dicit simpliciter, nubem suscepisse Christum: sed suscepisse eum ab oculis intuentium. Vnde verisimilius est, quandiu Christus ascendens videri voluit, nullam nubem interiectam fuisse inter ipsum, & terram. Quia tunc potius impediret aspectum intuentium, postquàm verò longius à terra distare cepit, nubis interiecta sese intuentium subtraxit oculis. Quæ profectò nequē cum illo vterius ascendit, nequē aliud ministerium exhibuit, quam ut Christi corpus ab aspectu discipulorum amoueret, & claritate sua, ac splendore maiestatem ascendens indicaret.

Tertio addit Lucas, cum adhuc discipuli perseuerarent, intendentes oculos in cælum, admonitos ab Angelis, ne vterius præstolarentur oculis corporeis Christum videre descendem de cælo, quo ascenderat usque ad iudicii diem, quando rediturus esset idem ipse qui ascendit. Quæ Angelorum apparitio facta est primo, ut quod discipuli oculis corporeis videre non poterant, scilicet Christum in cælum peruenientem, verbis suis docerent, ac confirmarent. Secundo ut Apostolos cōsolarentur, eosque instruerent, ut fide potius, quam visu corporeo Christum intuerentur, ac expectarent Tertio, ut significarent, Christum ad immutabilem quandam statum, & æternitatis consortium ascendisse. Hoc enim est quod ait, Sic veniet, quem admodum vidistis eum, id est, in eadem gloria & maiestate, & cum eadem anima, & corpore, quæ nulla temporis duratione alterari poterunt, aut mutari. Quæ verba ita ponderauit Ignatius Epist. 10. ad Smyrnenes, Chrysostomus & Beda in Act. & Tert. li. de carne Christi. c. 24. & lib. de Resur. carnis. c. 31.

Quarta, & vltima circumstantia proposita ad explicandum fuit, quo apparatu, seu comitatu Christus ascenderit. De qua re neque Euangelistæ, neque Lucas in Actib. quicquam scribunt: tamen ex Paul. ad Ephes. 4. colligitur in primis ascendisse cum Christo omnes iustos, & Sanctos, quos è Sinu Abraham e-duxerat. Hic enim est sensus illorum verborum, Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, ut Sancti omnes (quos supra citauimus) exponunt. Vnde fit, si qui fortasse iusti mortui fuerunt, & perfecte purgati illis quadraginta diebus, quibus Christus post resurrectionem suam in terris moratus est, etià illos simul cum Christo ascendisse, & ratio est, quia sicut Christus fuit primus resurgens ad vitam gloriosam, & immortalem, ita decuit, ut esset primus ascendens ad locum cælestem, & ideo nullus ante illum ascenderit: ergo oportuit, ut cum illo

ascenderent. Tum quia ille est proprius locus Beatorum, & nulla iam intererat ratio cur ingressus in illud locum amplius differretur: tum etià propter ipsius Christi honorem, & gloriam, & ut in signum triumphi spolia secū asportaret. An vero aliqui homines cum illo ascenderint corpore & anima, aliqui affirmare non audent: quia Euangelistæ non referunt, & quia alias sicut discipuli oculis corporeis viderunt Christum ascendentem: ita etiam viderent alia corpora Sanctorum vna cum Christo ascendentium: Sed hæc ratio nullius est momenti, tum quia non est necesse, ut omnia Euangelistæ scribant, tum etiam, quia scribendo multa corpora Sanctorum cum Christo surrexisse, hoc etiam in virtute scriptæ præsent. Vnde hoc pendet ex alia questione supra tractata, an ij Sancti resurrexerint ad vitam immortalem. Nā si verum est [quod ibi affirmauimus] hos scilicet Sanctos resurrexisse in corporibus gloriosis, necessario consequitur, ut corpore, & animo cum Christo ascenderint. Neque oportuit, ut discipuli eos viderent ascendentes, quia nec corpus gloriosum necessario videtur, & neque illa manifestatio sensibilis ordinabatur ad confirmandam fidem de aliorum ascensione, sed solius Christi. Et hæc de hominibus. De angelico autem ministerio, & comitatu, quamuis in scriptura nihil dictum sit: tamen non est dubium quin omnes Angelorum ordines descenderint, ut Christum ascendente comitarentur, eique gloriā & honorem exhiberent, quod omnes Sancti Patres scribentes de hoc mysterio luculenter expromunt, accommodantes illa verba Ps. Attollite portas principes vestras, &c. & illa. Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ, & alia similia. Et illi duo Angeli, qui post Christi ascensionem annuntiarunt Apostolis, esse iam cum in cælum assumptum sufficiens signū exhibuerunt, Christo ascendenti affuisse Angelos ministrantes ei, & ex illis verbis, quæ dixerunt, *Ecce venit, &c.* colligi etiam potest, quod licet descenderet in gloria, & maiestate, Angelorum præeuntium stipante caterua, ita etiam ascendit.

Aliqui san-
ctorum in
corporibus
gloriosis
Christum
in cælum as-
cendunt.

Psalm. 23.
Psalm. 46.

SECTIO III.

Utrum Christus per ascensionem suam consequutus sit, ut sedeat ad dexteram Patris.

DE termino proprio, & quasi intrinseco ascensionis Christi, dictum est in superioribus explicando ipsum mysterium. Est enim ascensio localis motus qui ad locum aliquem terminatur, quem nunc vocamus terminū intrinsecum talis motus, siue sit sermo de ipso ubi intrinseco, siue de corpore circumdante locatum, de quibus satis dictum est. Superest ergo, ut dicam⁹ de alio termino quasi metaphorico & extrinseco, qui nomine *sessionis ad dexteram Patris* in Scriptura significatur. De quo videndum est, primum quid sit, deinde quomodo Christus ascendendo hanc sessionem adeptus sit.

Principio supponendum est, articulum fidei esse, Christum post ascensionem suam sedere ad dexteram Patris. Ita enim traditur in Symbolis Apostolico, & Niceno, & Athanasij, & in nouo testamento Marc. vlt. Assumptus est in cælum, & sedet à dextera Patris. Dei, & ad Hebr. 1. sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, & cap. 8. Talem habemus Pontificem, qui sedet in dextera sedis magni adinis in excelsis, & cap. 10. Hic autem vnā pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius, & cap. 12. Sustinet crucem confusionis contempta, atque in dextera Dei sedens, & 1. Pet. 3. Per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera Dei. Et similia habentur ad Roman. octauo, Ephes. 1. & ad Colos. 2. Quibus in locis dicitur Christus

Christus post
ascensionem
suam sedet
ad dexteram
Patris.
Symbol.
Marc. 16.
Hebr. 1. & 12.

Christus esse, vel constitutus esse ad dexteram Dei, & alia similia loca postea asseremus.

Secundo statuendum est, quod licet sedere ad dexteram Dei possit sub aliqua ratione convenire Verbo diuino in sola diuinitate subsistenti, vtpostea explicabimus cum sanctis Patribus, & consequenter idem dici possit per communicationem idiomatum de homine Christo, & hac ratione possit Christus dici post ascensionem sedere ad dexteram Dei, quia existit, ac permansit verus, ac naturalis Dei filius, sicut dici potest post ascensionem suam omnia conseruare, regere & gubernare, licet hæc, inquam, vera sint: tamen reuera non sufficiunt ad omnia Scripturæ loca explicanda, sed oportet etiam, vt de Christo homine, vt sic, verum sit post ascensionem sedere ad dexteram Dei, ita vt hæc sessio conueniat illi in humanitate, & non tantum in diuinitate: sicut resurgere, & ascendere competunt illi in humanitate: atque adeo, vt non solum verum sit, Christum hominem, sed etiam in quantum hominem specificatiue saltem sedere ad dexteram Dei. Hoc aperte colligitur ex adductis testimoniis Scripturæ. Primo quia cum duo illa coniunguntur ascendit, & sedit, satis significatur secundum eam naturam sedere, secundum quam ascendit. Deinde, quia Paul. ad Ephes. 1. sic inquit, secundum operationem potentie virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constitutus ad dexteram suam in celestibus. Igitur sedere Christum ad dexteram Dei, fuit opus omnipotentie diuine in tempore factum: ergo necesse est, vt factum sit in humanitate. Hoc etiam confirmatur ex loco illo Psalm. 109. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Nam ibi esse sermonem de Christo, ipsemet exposuit Matth. vigesimo secundo, & Matthæi duodecimo, & Luc. 20. & Paulus ad Hebræos 1. & 10. Quod autem sit sermo de Christo vt homine, testantur Ambrosius lib. 2. de fide capit. 4. & Augustinus libro contra serm. Arian. capit. 12. Et Anathas. lib. de salutari Christi aduentu Hieronym. & Theod. in illum Psalm. late, atque eleganter Chrysost. serm. de Ascensione. Rufin. in expositione symbol. qui ad hoc ponderat verba Christi, si filius eius est, quomodo vocat eum Dominum? Est enim Christus filius Dauid, secundum humanitatem. Constat item ex Paulo dicente, in sempiternum sedet in dextera Dei, de cetero expectans, &c. Expectat enim secundum humanitatem: secundum eandem ergo sedet ad dexteram Dei, sicut etiam secundum illam est summus Pontifex, qui penetrauit celos, atque ita exposuit Tertullianus contra Prax. capit. 3. Theodor. in Epistol. ad Hebr. Et ex sequenti propositione constabit, hanc esse communem Patrum sententiam.

Tertio explicandum est, quid nomine dexterae Dei intelligatur. Non enim defuerunt hæretici, qui Deum corporeum esse existimantes, dicerent dexteram hoc loco significare corporis Dei partem; ad quam Christus corporaliter sedet. Sed quoniam hæc hæresis supponit aliam rationi etiam naturali repugnantem, manifestissimum fuit semper apud Catholicos dexteram Dei metaphorice dici. Et illi quidem, qui Christo, vt Deo, hanc sessionem tribuunt, per eam metaphoram significari dicunt, diuinam omnipotentiam, seu maiestatem. Ita Athanas. Orat. 2. contra Arian. circa finem, inquit, Quid significat sedere ad dexteram Patris, nisi germanitatem filij, ac deitatem Patris, eandem quoque esse deitatem Filij. Idem lib. de communi essentia Patris, Filij, & Spiritus sancti. Et Damascenus libro quarto, de fide capit. 2. & Ambros. libro 2. de fide capit. 4. & ad Ephes. 1. Vterque Cyrillus, & Chrysostom. & alij Patres infra citandi. Alij dicunt significare propriam ac peculiarem dignitatem, quæ ratione hypostatice vnionis Christo, vt homini conuenit, ratione cuius etiam humanitas coadoratur eadem adoratione, qua Deus colitur, vt exponit etiam Damascenus citato loco, & indi-

cat Leo Papa sermone. 1. de Ascensione dicens, naturam humanam ascendisse in Christo supra omnem altitudinem, Neque vllis (inquit) sublimitatibus modum suæ prouectionis habitura, nisi æterni Patris recepta consensu, illius gloria sociaretur in throno, cuius natura copulabatur in filio. Atque similia repetit sermone. 2. & eundem sensum significat Cyrillus Alexandrinus Epist. prima, ad presbyteros, & monachos solitariam vitam colentes, & apertissime Chrysostom. homilia 3. in Epistol. ad Ephes. vbi tractans illa verba, Et sedere eum fecit ad dexteram suam: Hoc (inquit) de eo, qui ex mortuis excitatus: de Verbo, siquidem nequaquam. Et infra. Reliquis velut seruus Dominus prælatus est, hominis serua facta est vniuersa creata potestas propter inhabitationem Dei Verbi: Et Theodoretus eodem modo exponens, inquit, Clarum est, hæc omnia posuisse tanquam de homine, ea enim de causa etiam admiratione ductus est. Quod enim qui Deus est, vna cum Deo sedeat, & qui est filius, vna cum Patre regnet, non est admirabile quod autem sumpta ex nobis natura eiusdem honoris cum eo, qui sumpsit, sit particeps, hoc omne miraculum superat. Et eandem expositionem habent Theophyl. Oecumen. & plura in sequentibus referemus. Atque hæc procedunt de Christo, vt homine, quam expositionem supra etiam probauimus. Iuxta quam etiam per dexteram Dei intelligere possumus statum gloriæ, seu beatitudinem æternam, quæ Sanctis datur, sicut exposuit Augustinus libro de Agone Christiano, capite vigesimo sexto, & libro de Essentia diuinitatis, & Isidorus libro primo, de Diuinis Officiis. capite de Ascensione Domini, vel singularem excellentiam eiusdem beatitudinis, & iudiciariam potestatem Christo homini collatam, vt idem Augustinus exponit libro de fide, & symbol. cap. 7.

Quarto explicandum est, quid sit sedere. Et quoniam hoc propriè, & ad litteram conuenire posset Christi corpori, ideo existimare quis posset, Christum post ascensionem mansisse in celis sedentem in propria sessione corporali. Cum enim hoc verbum possit propriè intelligi, nihil esse videtur cur per metaphoram explicetur. Præsertim cum hoc modo optimè exponatur, quomodo Christus post ascensionem consequutus sit, vt sedeat ad dexteram Dei. Quia reuera consequutus est corporealem sessionem in loco celesti, & ibi fruitur potissimis bonis Dei. Et confirmari potest. Nam Actor. 7. Stephanus dixit, Ecce video celos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei. Quo loco multi Patres intelligunt verbum illud stantem propriè, vt significat recto corpore stare. Ita Chrysost. hom. 18. in Acta & alij Græci in eundem locum, & Beda, Gregor. hom. 29. in Euangelia, & libro 1. Regum. capite. 1. Augustinus libro quæstion. noui, & veteris testament. quæst. 98. Ergo pari ratione, cum dicitur Christus sedere in celo, intelligendum erit propriè de sessione corporali. Neque enim contraria sunt. Potuit namque, qui semper sedet, tunc surgere, & stare, vt Stephanus sic eum videns intelligeret, Christum sibi compati, & paratum esse ad sibi auxiliandum, sicut Gregorius interpretatus est, vel (vt ait Augustinus) quia apparere voluit tanquam qui causam diceret & ad dexteram iudicij staret. Quando enim sancti Patres huiusmodi mysticas, seu morales rationes reddunt, propter quas Christus stans à Stephano visus est, non sentiunt, Stephanum non vidisse Christum verè, ac propriè stantem. Alioqui non fuisset omnino vera, & realis illa visio sensibilis, sed phantastica, & apparens tantum: cum tamen Stephanus nō fuerit contentus affirmando, se videre Christum, sed asserere etiam voluerit modum, seu situm corporis eius, quem videbat, vt ostenderet, quam apertè, & distinctè illum cerneret: tamen longissime distantem, & quamuis ab aliis circumstantibus videri non posset.

*Christi sessio
ad dexteram
Patris non
est corporalis
& propria
sed meta-
phorica.*

Ephes. 2.

Act. 7.

*Basil.
Baruch 3.
Cyr. Ierof.*

Isaia 6.

*Chrysostom
Theophyl.
Theodor.
Oecumen.
Heb. 1.
Matth. 12.*

Nihilominus tamen nullus Sanctorum, aut catholicorum doctorum, ita interpretatur hoc verbum, *sedere*, de corporali sessione. Primum quidem, quia huiusmodi sessio nihil ad perfectionem, seu gloriam Christi pertinebat. Cum autem dicitur Christus *sedere ad dexteram Dei*, magna quædam dignitas significatur, & certum signum maiestatis eius. Deinde, quia licet non sit certum an Christus in cælo corporaliter, aut sedeat, & utrumque sit in eius potestate: tamen multo probabilius videtur ipsum stare: quia sedere per se non est tam connaturale homini, sed solum propter necessitatem, ut requiescat, & non defatigetur. At vero in cælo nulla erit huiusmodi necessitas, cum immortalia, & gloriosa corpora laborem sentire non possint. Vnde quod Paulus ait, Ephes. secundo, *nos confessuros cum Christo in cælestibus*, non est verisimile esse intelligendum de sessione corporali. Quia (ut dixi) magis naturale est homini stare, magisque ad omnes actiones perfectas corporis humani accommodatum. Neque huic veritati repugnat: quin potius illam confirmat visio Stephani Actuum 7. Nam licet verbum *Standi* possit etiam metaphorice exponi, vel lata significane, ut idem sit, quod existere, seu præsentem adesse, ut Matthæus 16. *Sunt de his stantibus, qui non gustabunt mortem*, id est exiis, qui præsentibus adsunt: tamen melius intelligitur in propria & rigorosa significatione propter testimonia Sanctorum, & rationem adductam. Quia Stephanus re vera vidit Christum clarè & distinctè, prout in cælo existit, fructum autem est fingere Christum antea sedisse, tunc autem surrexisse, ut à Stephano stare videretur. Sit igitur certum *sedere* hoc loco metaphorice sumi.

Quid autem hac metaphora significetur explicandum est. Et primum quidem si de Christo, ut Deo, hæc verba interpretemur, & per *dexteram* intelligamus diuinam maiestatem, seu Patris æqualitatem, *sedere* nihil aliud erit, quam quiete, seu pacifice possidere eam dignitatem, seu simul cum Patre regnare, tanquam supremum regem, ac Dominum omnium. Additque Basilii libro de Spiritu sancto, cap. 6. Per hunc *consecrum*, naturam Dei solidam, ac immutabilem significari, iuxta illud Baruch. tertio. *Et tu sedes in æternum*. Vnde Cyrillus Ierosolymitan. cat. 14. dicit, hanc dignitatem non convenire Christo post aduentum in carnem, sed ante omnia in sæcula. Quia unigenitus filius Dei Patri à dextera semper assidebat. Cui consentanea est visio Isaia, qui vidit Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Quamquam enim de tota Trinitate possit intelligi: tamè de Christo specialiter exponitur Ioannis duodecimo. Hinc etiam Cyrillus Alexandrinus libro duodecimo Theophrasti cap. 7. dicit *sedere ad dexteram Patris* esse ita proprium Christi, ut nulli creaturæ convenire possit. Quia solus ille cum Patre simul regnat. Et eandem interpretationem habet Chrysostomus homilia secunda ad Hebræos, Theophylactus, Theodor. & Oecumenius ad Hebræos primo. Ac denique fere omnes Sancti iuxta hunc sensum ex hac sessione ad dexteram colligunt æqualitatem Filij cum Patre. Quibus multum tamen videtur favere Paul. ad Hebræos 1. ubi probat Christum esse Deum, dicens, *Sedit ad dexteram maiestatis in excelsis*, & infra. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, sibe à dextris meis?* Et Christus ipse ex eodem loco probavit suam diuinitatem. Verum est tamen, responderi posse, Christum non probare suam diuinitatem ex sessione, sed ex appellatione Domini. Vnde inquit, si ergo in spiritu David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et Palus ad eandem Domini, seu Filij appellationem potissimum alluisse videtur. Sic enim ait, *sedit ad dexteram maiestatis in excelsis*, tanto melior Angelus effectus, quanto differentiùs præ aliis nomen hereditavit. Nihilominus est hæc expositio valde probabilis, ita tamen ut alteram

de Christo secundum humanitatem non excludat (ut diximus) non enim contraria sunt: sed ex vna alia facile inferri potest, ut iam dicam.

Iuxta aliam ergo expositionem de Christo secundum humanitatem varijs modis exponi potest, quid sit *sedere ad dexteram Patris*. Primo, ut *sedere* nihil aliud sit, quam habitare in gloria cælesti. Ita videtur exponere Augustinus dicto libro de fide, & Symbolo, capite 7. & libro de Symbolo ad catechumenos capite septimo, Chrysostomus homilia prima de Symbolo. Ut enim idem Augustinus notavit libro tertio questionum in Leuit. questione 24. solet in hac significatione verbum *sedendi* in Scriptura sumi, Leuitici 8. *Ad ostium tabernaculi testimonij scilicet septem diebus die, & nocte*, & 3. Regum 2. *Sedit Semei in Ierusalem annos tres*. Et huic expositioni fauet Paul. ad Ephes. 2. dicens, *Consedere nos fecit in cælestibus*. Quamquam enim in ipso Christo tanquam in capite omnes, *sedere* dicamur: tamen hinc rectè colligimus, nos non tantum per ipsum, sed etiam in proprijs personis cum ipso confessuros, sicut ibidem ait, *Non conuiscasse, & conuersulisse cum Christo*, non solum quia vita, & resurrectio eius quasi nostra existimetur propter unionem membrorum cum capite: sed etiam, quia in nobis ipsis participaturi sumus vitam, & resurrectionem eius. Ad eundem igitur modum nos *consedere* fecit. Nos autem non dicimur *sessuri*, nisi quia sumus in cælesti patria habituri, ergo eodem modo dicitur *sedere* Christus. Hæc expositio nihil falsi dicit: videtur tamen non satis explicare totum id, quod in illo verbo, *sedit*, continetur. Addi ergo potest, illo verbo etiam significari Christum post multos labores, quos propter homines sustinuit, & perfectam nostræ salutis & economiam, conquiescere tandem in cælesti patria paternis fruente bonis. Quomodo ipse dixit Lucæ 24. *Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Ac de omnibus viuis membris eius dicitur, *Ut requiescant à laboribus suis*. Et hoc modo videtur hæc sessio Christi in Scriptura poni tanquam vltimus terminus mortis, resurrectionis, atque omnium viarum eius, sic Paulus ad Romanos octauo. *Christus Iesus qui mortuus est, qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei*, & ad Ephes. primo, *suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam*, & Marci vltimo. *Assumptus est in cælum, & sedet ad dexteram Dei*. Et hæc etiam expositio aliquid veri continet, aliquid vero amplius addendum est, quia verbum *sedendi* (ut diximus) quandam excellentiam, & dignitatem significat.

Igitur *sedere* hic per metaphoram significat idem, quod regnare, seu præesse omnibus tanquam supremum regem, ac iudicem, qui tanta dignitate præcellit, ut in eodem solio cum Deo sit, & eadem adoratione colatur. Hæc expositio colligitur ex omnibus Sanguis supra citatis. Et est visitata hæc phrasia in Scriptura, tertio Regum primo. *Salomon filius tuus regnabit post me*, & ipse *sedebit in solio meo*, & primo Regum secundo, *Suscitatus de pulvere egenum, & de stercore eleuat pauperem, ut sedeat cum principibus, & solium gloria teneat*. Vnde Paulus primæ ad Corinthios decimo quinto sic de Christo loquitur, *Oportet autem illum regnare, donec ponas omnes inimicos sub pedibus eius*. In quibus verbis alludit sine dubio ad verba Psalmi 109. *Donec ponas inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, & loco verbi *sedendi*, quo David usus fuerat, Paulus veluti Metaphoram explicat, regnandi verbum vsurpauit. Et simili modo secundæ ad Timotheum. secundo de omnibus electis loquens inquit, *Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti*, quam explicans subdit, *Fidelis sermo, nam si commortui sumus, & conuiscemus, si sustinebimus, & conregnabimus*. Quo vltimo verbo videtur explicare, quod ad Ephesios secundo, dixerat, *Consedere nos fecit in cælestibus*. Præ-

August.

Chrysost.

Leuit. 8.

3. Reg. 2.

Ephes. 2.

Sedere Christi ad dexteram Patris quid sit.

Luc. 24.

Apoc. 14.

Roman. 8.

Ephes. 1.

Marci 16.

Sedere in Scriptura quid.

3. Reg. 2.

1. Reg. 2.

1. Cor. 15.

Psalm. 109.

2. Timoth. 2.

Ephes. 2.

Præ-

terea hæc metaphorica significatio optime quadrat in verbum *sedendi*, quasi per antonomasiam dictum ad explicandam dignitatem. Nam iudicantis, præcipientis, ac dominantis est sedere, & aliis imperare. Vnde quandoque dicitur visus Deus in Scriptura in maiestate sua, tanquam supremus Dominus, dicitur apparere sedens, Isaia sexto. *Vidi Dominum sedentem supra solium excelsum*, &c. & iuxta eandem metaphoram, dicitur Deus *sedere super Cherubim*. Hanc denique interpretationem recte attigit Origenes tractatu duodecimo in vigesimum caput Mat. dicens. *Vide ne forte, quod dicitur, Christum restitui in regno suo, recipientem proprium principatum, hoc sit, sedere Christum in solio gloriæ suæ. Et infra, intelligat ergo, qui potest, edimentum quidem regni in hominibus Christum recepisse, & glorificatum esse ad gloriam, quam habuit, prius quam esset mundus.*

Quinto videndum est, quomodo Christus per ascensionem suam consequutus sit, ut sedeat ad dexteram Patris. Videtur enim hoc ex dictis difficile. Quoniam Christus per ascensionem nec diuinitatem, nec gloriam humanitatis, neque regni maiestatem, & potentiam assequutus est. Vnde ante ascensionem dixit discipulis. *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Nihilominus simpliciter fatendum est, aliqua ratione Christum assequutum esse per ascensionem, ut sedeat ad dexteram Dei. Nam (ut supra diximus) in scriptura ita describitur ascensio, ut eam hæc sessio consequuta sit, iuxta illud, *Assumptus est in celum, & sedet ad dexteram Dei*, & illud *Suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus.* Vnde Petrus Actorum secundo de ascensione Christi interpretari videtur locum sæpe citatum ex Psalm. 109. sic enim de Christo scribit, *Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione spiritus sancti accepta a Patre effudit hunc, quem vos videtis, & auditis. Non enim David ascendit in celum, dicit autem ipse, dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis.* Denique hac ratione in symbolo post articulum de ascensione confitemur *sedere Christum ad dexteram Patris.* Modus autem, quo hoc explicandum est multiplex esse potest iuxta varias expositiones assignatas de Christo sedente ad dexteram Patris. Nam, si sermo sit de Christo secundum se, ut est tantum Verbum, ac filius Dei, sic nullo modo potest de illo verificari, quod per ascensionem sit assequutus, ut sedeat ad dexteram Dei: sed per solam æternam generationem hoc habuit. Si autem loquamur de Christo præcise, ac formaliter, quatenus hic homo est, & per dexteram Dei æqualitatem diuinitatis intelligamus, tum factum est, ut hic homo Christus sederet ad dexteram Dei, quando filius Dei factus est homo, quod factum est in ipsa incarnatione, quando hæc humanitas in unitatem diuinæ personæ assumpta est, tamen quoad manifestationem, & claritatem huius gloriæ, potest dici Christus assequutus per ascensionem, ut sedeat ad dexteram, id est, ut hic homo omnibus innotescat sedens ad dexteram Dei, id est, existens, & permanens verus Deus omnia cum Patre gubernans, iuxta illud Apocalypsis. *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, &c. & paulo post subditur. Omnes auditi dicentes, sedenti in throno, & agno benedictio, & honor, & potestas in secula seculorum.* Et hæc est claritas, quam Christus petebat Ioannis decimo septimo. *Ego te clarificauit super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam, & nunc clarifica me tu Pater, apud te metipsum claritate, quam habui, priusquam mundus esset apud te.* Atque hæc eadem expositio accommodari potest, etiam si de Christo secundum humanitatem hanc sessionem interpretemur. Quamquam enim re ipsa non sit assequuta per ascensionem illa humanitas ut admirabili modo sit in throno maiestatis Dei, atque adeo, ut ratione illius vnionis debeatur illi homini fin-

gularis cultus, & adoratio: item licet non sit consequutus idem homo in humanitate sua essentiali gloriam, neque potestatem, aut dominium excellentiæ in omnes creaturas: tamen per ascensionem singulari modo cepit tota hæc maiestas illius hominis clarescere in celo, & in terra. At præterea (ut humano more loquamur) denuo possessionem accepit regni sui, ac totius orbis, per ingressum in celum, tanquam in proprium locum regis curiæ, à Deo destinatum ad regendum, & imperandum. Locum enim terræ potius fuit ad seruendum, & laborandum. Vnde etiam non incongruè dici potest, sedisse post ascensionem: quia tunc quasi quiescit, & cessat ab operibus via, cepitque uti tantum potestate regia, ac dominatiua.

Sexto exiis etiam facile definitur incidens dubium in superioribus innuatum, scilicet, an sedere ad dexteram Dei sit proprium Christi, vel conueniat etiam aliis Beatis. Dicendum est enim, non esse dubium, quin sub aliqua ratione sit hoc proprium Christi domini, & sæpe in Scriptura sacra hoc illi attribuitur tanquam singularis excellentiæ eius, ut ex Cyrillo Alexandrino, & aliis Patribus supra notatum est, & apud Paulum est egregius locus ad Hebr. 1. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, Sede a dextris meis?* Est autem hoc proprium Christi multis modis, qui omnes oriuntur ex maiestate personæ illius, & ex diuinitate, & æqualitate, quam cum Patre habet. Vnde si consideretur ut diuina persona Verbis, nulli creaturæ potest conuenire sedere ad dexteram Patris: sicut ipse sedet, & ita hoc est proprium eius comparatione facta ad creaturas. Nam spiritui sancto hoc sensu commune est sedere ad dexteram Patris, & Filii, ut hic sentit Diuus Thomas, & recte notauit Athanasius libro de communi essentia. Si autem consideretur Christus ut homo, sic etiam esse hominem æterno Patri maiestate, & potetia æqualem, proprium est Christi. Atque eadem ratione si non solum loquamur de Christo homine, sed etiam secundum humanitatem est etiam proprium illius habere in humanitate excellentiam super omnem excellentiam creaturam, & singularem beatitudinem non solum in gradu intensiōis, & perfectionis: sed etiam in modo obtinendi illam ut connaturalem ex vi propriæ dignitatis, & maiestatis debitam. Atque idem est de singulari dominio, & potestate tam ad operandum, quàm ad imperandum omnibus creaturis, ac iudicandum de omnibus hominibus. Propter quæ omnia merito dixit Ignat. Epistola. 7. ad Tharsenses. *Quomodo merus homo audis, Sede a dextris meis.*

At vero certum nihilominus est, & Scripturæ quoque ipsi consentaneum secundum quandam participationem communicari Christi membris hanc sessionem, aliis magis, aliis vero minus pro dignitatum varietate. Nam secundum participationem gloriæ tam animorum, quam corporum omnibus electis datum est, ut cum Christo considerant, sicut etiam omnibus datum est, ut cum Christo conregnent. 2. ad Timoth. 2. Quatenus enim omnes sancti in caelesti beatitudine cum Christo habitabunt quieti, ac securi fruente potissimis bonis Dei, hoc modo dicuntur sedere cum Christo, & sic dicitur Apocalyp. 3. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno, sicut & ego vici & sedi cum Patre meo in throno eius.* Illa enim particula, sicut, non dicit æqualitatem: sed similitudinem participationis. Atque eodem modo dixit CHRISTVS Ioannis decimo quarto, *Vado parare vobis locum, & iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum, ut ubi ego sum & vos sitis. In illa die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis.* Et Luc. 22. *Ego dispono vobis, sicut disposuit pater meus vobis regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedetis super thronos iudicandi.*

Sedere ad dexteram Dei proprium Christi quomodo.

Cyr. Alex. Hebr. 1.

D. Thom. Athanas. Ignat.

2. Timoth. 2.

Apocal. 3.

Ioan. 14.

Isa. 6.

Orig.

Matth. 28. Christus per ascensionem aliquo modo dexteram Patris adeptus. Marc. 16. Ephes. 1. Act. 2. Psalm. 109.

Quomodo per ascensionem assequutus sit, ut sedeat ad dexteram Patris. Apocalyp. 3. Ioan. 17.

iudicantes duodecim tribus Israel. Et similia sunt frequentia loca Scripturæ, in quibus dicuntur Iusti regnaturi cum Christo, Apocalypf. 20. *Regnauerunt cum Christo mille annis*, Ad Romanos. 5. *In vita regnabunt*, &c. Quamuis cæteri non sint eodẽ modo regnaturi, quo Christus. Ille enim solus regnabit tanquam supremus gubernator totius regni, cæteri vero dicuntur regnaturi, vel quia fructus regni in eos redudabit, sicut Romani dicebantur olim regnare, licet vnus esset imperator, quia illi potissimum fruebantur honoribus, & diuitiis illius imperij. Vel quia omnes participabunt aliquo modo potestatem imperandi inferioribus creaturis, sicut etiam participabunt aliquo modo potestatem iudicandi, vt postea dicemus.

Obiectio.

Vna vero superest explicanda difficultas, cum dextera locus honoratior sit, cum tribuatur Christo *sedere ad dexteram Patris*. Videtur enim Pater ad sinistram, atque adeo in ignobiliiori loco constitui. Huius difficultati variè ab scriptoribus responsum est.

Ant. Nebr.

Primũ Antonius Nebrissenſis in explicatione quinquaginta locorum Scripturæ, in vltima quinquagena cap. 39. negat locum dexterum olim fuisse honoratorem. Quod si verum est, tollitur totius difficultatis fundamentum. Illud verò confirmat nonnullis testimoniis poetarum, quæ lubens præmittito, quia iudicio meo parum suadent. Confirmari etiam potest, quia videmus in antiquis imaginibus Petri, & Pauli, Paulum ad dexteram Petri collocari, vt obseruauit etiam D. Thom. lectio. 1. in Epistolam ad Galatas, & Petrus Damianus in epistola ad Desiderium. Et in huius confirmationem addi potest, quod refert Euseb. libro primo, de Vita Constant. capit. 13. se vidisse Constantinum, cum esset adoleſcens, ad dexteram imperatoris assistentem, seu incedentem. Additur etiam congruentia: Quia cum pars hominis dextera sit dignior, hinc, qui aliũ nobiliorem comitabatur, ad eius dexteram incedebat, non vt esset in loco honoratiori, sed vel vt pars potissima, & honoratior medium teneret locum vel vt eum commodius posset tueri atque defendere, & ideo isti, qui latus dexterum alterius claudabant, ac tegebant, dicebantur olim *ſtipatores*, seu *laterones*. Hæc vero responsio in primis applicari nõ potest Christo secundum diuinitatem, quia non potest de illo dici, quod sedeat ad dexteram Patris tanquam in loco minus digno. Deinde nititur fundamento valde dubio, nimirum, locum dexterum fuisse olim ignobiliorem. Contrarium enim absolute affirmant Hieronymus super ad Ephes. 1. & Ambrosius sermon. 61. Et saltem in Scriptura vbique per dexteram honoratior locus indicatur: & ideo Iusti dicuntur futuri ad dexteram, & mater filiorum Zebedæi, *sedere ad dexteram*, & sinistra filius postulauit, id est, primum, & secundum locum, & Ioseph Genes. 48. filium suum Manasse tanquam digniorem posuit ad dexteram Patris: Iacob vero, vt Ephraim præferret, manus commutauit, & dexteram posuit super caput Ephraim. Quo circa quamuis esse ad dexteram alterius interdum in Scriptura non significet honorem, sed auxilium, & protectionem, sicut in illo met Psalm. 109 dicitur, *Dominus à dextris tuis, confregit in die ira sua Reges*, & Psalm. 15. *A dextris est mihi, ne commouear*, & Psalm. 108 *Conſitebor Domino nimis in ore meo, & in medio mulierum laudabo eum*. Quia assistit à dextris pauperis, vt saluum faceret à persequentibus animam meam. Vnde inter maledictiones, quæ in eodem Psalmo aduersus Iudam prædicuntur, dicitur, *Et diabolus ſtet à dextris eius*, scilicet, ad persequendum: nichilominus tamen quodcumque dextera ponitur in Scriptura ad locum honoris indicandum significat honoris magnitudinem, vt notauit Ambrosius ad Hebr. 11. & ferè omnes alij Sancti hoc mysterium Christi explicantes. Quapropter etiam Eusebius loco citato dicit, Constantinũ ado-

Hierony.
Ambros.Matth. 20.
Genes. 48.Psalm. 109.
Psalm. 14.
Psalm. 108.Ambrosius.
Euseb.

A leſcentem summo honore apud Imperatorem fuisse dignum, quem honorem postea explicans subdit, ad Imperatoris dexteram assistisse. Solent enim Principes, quamuis ipsi dignitate præcellant, honoris tamen hospitiique causa ad dexteram suam alium principem ducere. Ex quo non licet colligere, locum dexterum esse inferiorem: sed potius esse superiorem, licet interdum à digniori persona inferiori concedatur propter causam prædictam. Quomodo solet etiam Rex, reginam ferre ad dexteram honoris causa, quamuis Regis persona, statusque dignior sit. Quomodo rectè intelligitur illud Psalm. quadragesimi quarti, *Assistit Regina à dextris tuis in Psal. 44. vestitu deaurato: & illud 2. Regum. 2. vbi Salomon fecit matrem sedere in throno ad dexteram suam*. Atque eodem modo intelligi potest, quod de imaginibus Petri, & Pauli aducebatur, quamuis illud non sit in vniuersum verum de omnibus antiquis imaginibus horum Sanctorum. Nam in multis, quæ nunc Romæ cernuntur, & in numismatibus, Petrus ad dexteram depingitur, interdum vero ponitur Paulus ad dexteram (licet absolute esset dignitate inferior) vel cuiusdam vrbianitatis, & honoris causa, & quasi ratione hospitii. Quia Petrus erat Romæ in propria sede, & episcopatu: Paulus vero veluti ad Petrum iuuandum accesserat. Vel in quandam amoris, & gratitudinis significationem: quia Paulus Doctor gentium fuit, & plurimum Ecclesiæ profuit.

Secundo ergo iuxta hanc doctrinam responderi potest, Christum dici, *sedere ad dexteram Dei Patris*, non quia sit persona dignior Patre: sed quia, licet in re habeat æqualem dignitatem, & honorem secundum dignitatem, secundum humanitatem vero licet sit inferior: tamen respectu nostri, & quantum ad Ecclesiæ gubernationem quidam singularis honor concessus est Filio inter omnes diuinas personas. Nam illi data est administratio, & gubernatio totius regni Ecclesiæ, iuxta illud, *Pater non iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit Filio*. Nam quia Christus suo sanguine, & meritis regnum amissum Patri comparauit, ideo exaltatus est, & consequutus nomen quod est super omne nomen. Hoc ergo modo dicitur, *sedisse ad dexteram*, ad significandam hanc honoris, & dignitatis excellentiam, non quidem re ipsa, aut natura, sed solum administratione, & officio.

Tertio dici potest, *sedere ad dexteram dignius & honorabilius esse* comparatione sinistra: non tamen comparatione loci medij: & hoc modo potest dici, Christum *sedere ad dexteram Patris*, non quia ipse sit in loco digniori respectu Patris: sed respectu eorum, qui ad sinistram sedent. Quanquam enim comparatione facta inter duos solos in opinionem venire possit: an locus dexter, vel sinister sit honoratior: tamen quando tres sedent, vel incedunt, nulli vquam dubium fuit, quin locus medius sit dignissimus, iuxta illud. *In medio fratrum rector eorum*. Nam tunc qui medius est ab alijs tegitur, & quasi custoditur. Rursus tunc exploratum est, dexterum locum esse potiorum sinistro, quod maxime probant omnia, quæ circa priorem responsionem adduximus, & in ipsa re in natura fundatum est, quia pars dextra potior est sinistra. Sic ergo Christus dicitur, *sedere ad dexteram Patris*, tanquam in honoratiori loco non respectu ipsius Patris: sed aliorum, quia Patri assident. Quod aliqui accommodant Christo etiam secundum diuinitatem, ita vt propter ordinem originis Filius dicatur, *sedere ad dexteram*, Spiritus sanctus ad sinistram, quia est origine secundus. Sed hunc loquendi modum expresse reprehendit Athanasius supra. Et omnes Sancti supra citati, qui de diuinitate hoc interpretantur, nunquam dicunt significare excessum aliquem vnus

vnus personæ ad aliam: sed æqualitatem. Igitur si hæc responsio aliquomodo defendenda est, explicanda est de Christo secundum humanitatem, non solum respectu damnatorum, qui in quodam sensu dicuntur esse ad sinistram, quorum comparatione omnes beati sunt ad dexteram, & quasi per antonomasiam Christus, sed etiam respectu aliorum beatorum, qui sedent in inferiore loco, & minus digno, quam Christus.

Quarto facilius & simplicius dicitur, in metaphorica locutione non debere seruari omnes respectus, & habitudines, quæ reperiuntur in re proprie significata: sed solum id, quod significari intenditur. Dextera, ergo proprie dicta, & significat locum dignissimum, & dicit relationem ad sinistram, cum autem Christus dicitur sedere ad dexteram per metaphoram, ibi non consideratur respectus ad sinistram, sed solum significari intenditur excellentia, & maiestas, in qua Christus existit. Sicut in Scriptura non solum dicitur Christus esse ad dexteram Dei, sed etiam ipse dicitur esse dextera Dei, seu brachium dextrum, non quia spiritus sanctus, vel aliquis alius sit sinistra Dei: sed solum ut absolute significetur esse Verbum, per quod Pater omnia operatur. Sic igitur Christus ut Deus dicitur esse ad dexteram Patris, non quia Pater sit ad sinistram: sed quia in se habet totam illam excellentiam, & perfectionem, & omnipotentiam, quæ per dexteram Dei metaphorice significatur. Et simili proportionem Christus ut homo dicitur esse in dextera Dei, id est, in potissimis bonis, quæ Deus communicauit creaturis: unde non fit Patrem esse ad sinistram eius, ut dictum est.

SECTIO IV.

Utrum postquam Christus in celum ascendit, inde aliquando descenderit.

Hæc est mysterium ascensionis Christi in celum explicuimus. Quoniam verò in sequentibus disputationibus dicturi sumus de altero ipsius aduentu, ac solenni, publicoque descensu à celis tempore iudicii futuro, operæpretium visum est, hoc loco exponere, an toto hoc tempore in celo permanserit, ita ut ad terram nunquam descenderit, neque usque ad diem iudicii descensurus sit. Ratio dabitur est. Quia in scripturis legimus, Christum ascendisse in celum, & sedere ad dexteram Dei, descensurum quoque in die iudicii Actorem primo. *Qui assumptus est à vobis in celum, sic veniet, quem admodum vidistis eum euntem in celum.* Quin etiam Actorem tertio additur, celum suscepisse illum usque ad tempus resurrectionis omnium, ubi Chrysostomus homilia nona. *Neceste est* (inquit) *usque ad tempora resurrectionis omnium Christum in celo permanere, & Beda in tractatione in Acta. Hoc est* (inquit) *quod eidem Domino Iesu Christo à Deo Patre dictum Psalm. ista testatur, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Assumptus namque est in celum, & sedet à dextris Dei, in qua nimirum sede paterna maiestatis semper diuinitus manet, &c.* Quibus verbis videtur etiam in hunc modum exponere testimonium Psalmi. *Sede à dextris meis donec ponam, &c.* Nam in illa particula, donec, ut minimum includitur affirmatio, usque ad tempus præfixum: sedet ergo Christus, & immobilis in celo permanet, quamdiu bellum in terris agitur aduersus inimicos eius: non ergo hinc descendet usque ad finem, quando omnes subijciuntur sub pedibus eius. Unde Augustinus tractatu trigésimo in Ioannem. *Donec seculum* (inquit) *finiatur iursum est Dominus. Ex hoc etiam confirmari potest ex illo Pauli ad Coloss. tertio. Quia iursum sunt quærite, ubi*

A Christus est in dexteram Dei sedens. Etenim si aliquando contingeret, celum vacuum inueniri Christi præsentia, contingere etiam posset decipi fideles fide, ac cogitatione ad Christum in celo ascendentes, eumque ibi quærentes. Quod & admonitioni Pauli, & sensui, ac existimationi fidelium omnium videtur esse contrarium.

Sed contra est. Nam legimus sæpius, Christum Dominum post ascensionem corporaliter in terris visum, secundum veram corporalem, ac sensibilem præsentiam. Quod probatur primo ex Scriptura. Nam primæ ad Corinthios decimotertio ait Paul. *Novissime omnium visus est & mihi*, nimirum præsentia, ac visione corporali, non minus vera, ac realis, quam cæteris Apostolis, quandoquidem non minus ipse futurus erat testis resurrectionis, quam Apostoli, ut ibi Chrysostomus notat homilia trigésima octaua, addens verisimile esse etiam post ascensionem, & electionem Matthiæ visum esse à duodecim Apostolis, ac sæpius etiam apparuisse. Et Origen. libro secundo, contra celsum hunc locum tractans aperte sentit, Christum eodem modo apparuisse Paulo post ascensionem, quo cæteris Apostolis antea apparuerat post resurrectionem. Præterea Actorem nono, sic Ananias Paulum alloquitur, *Dominus Iesus qui apparuit tibi in via.* Quod autem ei apparuerit clara, corporali que visione, patet ex præcedentibus verbis. *Viri autem illi, qui comitabantur Paulum, stabant stupescit, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.* Ponit ergo differentiam inter Paulum, & comites eius: quod instantium audierunt vocem, non autem viderunt Dominum: ille vero, & audiuit, & vidit. Unde paulo inferius dicitur, Barnabam Apostolis narrasse de Paulo, quomodo in via vidisset Dominum. Et capite vigesimo secundo apertius refert idem Paulus, quid sibi Ananias dixerit. *Deus Patrum nostrorum præordinauit te, ut cognosceres voluntatem eius, & videres iustum, & audires vocem ex ore eius, quia eris testis illius ad omnes homines, eorum quæ vidisti, & audisti.* Vidit ergo, & audiuit Paulus Christum non apparenter, sed verè ac proprie, prout decebat eum, qui futurus erat testis eorum, quæ videbat. Sicut idem Paulus refert, sibi Christum dixisse in eadem apparitione. *Exurge, & sta super pedes tuos, ad hoc enim apparui tibi, ut constituam te in ministrum, & testem eorum, quæ vidisti.* Sed potest aliquis tergiversari, Paulum non vidisse Christum ipsum in propria persona, sed in aliquo effectu mirabili, & in verbis eius. Sic enim eodem loco Actorem vigesimo sexto, idem Paulus, inquit. *Dum irem Damascum, die media, in via vidi de celo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen.* Non ergo vidit Christum: sed solum lumen illud, præ cuius claritate nihil postea videre poterat, ut ipsemet Paulus dicit Actorem vigesimo secundo. Sed contra hanc fugam est: quod Paulus non erat futurus testis solius luminis, sed ipsiusmet Christi: non ergo solum lumen, sed Christum ipsum vidit. Unde 1. Corinth. 9. disertissime ait. *Nonne Christum Iesum dominum nostrum vidisti? Quid clarius? Sed dici adhuc potest, vidisse quidem Paulum ipsum Christum, non tamen in terra, vel in aere, sed in celo, sicut Stephanus eum vidit stantem à dextris virtutis Dei.* Unde Ambrosius 1. Corinth. 17. huius apparitionis mentionem faciens, inquit. *Apparuit primum illi in celo: Sed hæc euasio ex eisdem locis facile refelli potest. Primum quia constat lumen, quod circumfulsit Paulum, non fuisse in celo, sed in aere, & iuxta Paulum. Tum quia non dicit Paulus, se vidisse lumen in celo, sed subito de celo circumfulsisse se lucem copiosam. Tum etiam, quia non solum Paulus, sed etiam comites eius lumen viderunt. Tum denique quia tam vicinum fuit Paulo lumen illud, ut ei visum adtineret: illud autem lumen videtur ex corporis Christi præsentia fluxisse. Secundo ex colloquio inter Paulum & Christum aperte colligi videtur, CHRISTVM visum esse, prope*

Chrysostom.

Origen.

Act. 9.

Act. 22.

Act. 26.

Act. 22.

1. Cor. 9.

Act. 9.

Ambros.

Act. 1.

Act. 3.

Chrysostom.

Beda.

Psalm. 109.

Psalm. 109.

August.

Coloss. 3.

prope Paulum. Primo quia vox illa, quam Paulus A
 audiuit, ore ipsius Christi formata est, ut patet ex il-
 lis verbis, *ut videres iustum, & audires vocem ex ore eius*:
 fuit autem illa vox formata in aere terræ vicino, cuius
 signum est, quia comites Pauli eam vocem, & si-
 gnificationem eius non perceperunt, ut dicitur Ac-
 tor. 22. quia scilicet Christus, qui loquebatur, pro-
 pinquior factus est Paulo, quam ceteris. Nec refert
 quod Actorum 9. dicitur comites Pauli, vocem au-
 didisse. Quia ille locus intelligi potest de voce Pauli,
 non Christi, vel (si de voce Christi etiam exponatur)
 intelligendus erit quoad confusum sonum, non ve-
 ro quoad propriam vocis articulationem, ac sen-
 sum. Deinde quia Paulus interrogans, *Quis es Domi-
 ne?* aperte indicat vidisse illum prope terram, tum
 quia si vidisset in caelo, aut non ita facile cum illo
 colloqueretur, praesertim cum nondum fidem illi-
 us coëpisset, aut statim sine ulla interrogatione co-
 gnouisset illum esse Christum. Denique cum Pau-
 lus dicto loco 1. ad Corinth. 15. dicat Christum sibi,
 & aliis apparuisse in testimonium resurrectionis, fa-
 tis indicat non in caelo, sed in terra sibi apparuisse nō
 minus familiariter, quam aliis Apostolis, ut eius te-
 stimonium ex hac parte non minus certum, atque
 indubitatum esset. Si enim tātum in caelo Christum
 vidisset, potuissent homines calumniari, quod non
 vera, sed tantum imaginaria eius visio fuisset. Huc
 accedit quod iterū Christus apparuit Paulo in tem-
 plo Ierosolymitano, ut ipse refert Actor. 22. & Am-
 brosius supra dicit, tunc Christum visum fuisse in
 templo. Et rursus cap. 23. cum Paulus esset compre-
 hensus, & in castra deductus, *sequenti nocte assistens ei*
Dominus ait, Constans esto. Præterea est historia pro-
 batissima, Christum aliquādo apparuisse Petro Ro-
 ma discedenti, eique ei via Appia occurrisse, & tam
 clare, ac familiariter ostendisse, ut Petrus eum in-
 terrogauerit, *Dominus quo vadis?* In cuius rei testimo-
 nium extat nunc Romæ constructa orationis domus
 in eo loco, ubi stetit Christus, eamque historiam
 recitat Ambrosius orat. seu epist. 32. contra Auxen-
 tium, de Basilicis tradendis, & indicat Athanasius Ap-
 olog. de fuga sua, & Origenes tract. 21. in Ioannem,
 clarius Aegleppus libro 3. de excidio Ierosolymita-
 no capit. 2. & Abdias libro 1. Historiarum, in Petro, eam-
 que approbat Innocentius 3. in capitul. *Per venerabi-
 lem, qui filij sunt legitimi.* Adiungere item possumus al-
 ias historias, in quibus refertur, sæpius Christum
 apparuisse hominibus. Ut de sancto Carpo refert
 Dionysius epistola octava, ad Demophilum, vidisse
 Iesum de caelesti sede confurgentem, & ad terram
 descendentem, ut opem ferret quibusdam homini-
 bus, & dicentem, *Paratus sum iterum pro saluandis ho-*
minibus pati. Et de Antonio idem refert Athanasius
 in eius vita, & de quodam Valgio, seu Victore Pau-
 linus epistol. 34. ad Macarium, ubi significat tam ve-
 re, ac propriè tunc fuisse Christum in terra loquen-
 tem cum victore, & corpus eius tangentem, quam
 cum in terris versabatur. Et de sancta Tarfilla refert
 Gregorius lib. 4. dialog. capite 16. & de sancto Marti-
 no catechumeno Seuerus Sulpitius in vita eius, cui
 Christus dixit, *Martinus adhuc catechumenus hac me ve-*
ste contexit: & multa similia referuntur in recentio-
 ribus historiis de vitis, & gestis Sanctorum, ac reue-
 lationibus. Denique huc etiam spectant, quæ de de-
 scensu Christi Domini ad terram in die mortis, & as-
 sumptionis Virginis beatissimæ ex antiquis Patri-
 bus in superioribus adduximus.

In hac re tres inuenio esse posse dicendi modos.
 Primus est, ex quo Christus ad caelos ascendit, nun-
 quam caelos deseruisse, neque in terris in propria
 ac visibili specie apparuisse, sed solummodo sacra-
 mentali sub speciebus panis, & vini. Iuxta quam
 sententiam consequenter dicendum est, apparicio-
 nes varias, quæ de Christo domino referuntur, fa-
 ctas esse abque reali, & visibili existentia eius in ter-

ris, sed vno ex tribus modis, scilicet aut solam per i-
 maginariam visionem. Qualis credi potest appari-
 tio facta sancto Martino, & similes, quæ in somniis
 factæ referuntur, ut de Constantino memorat Eu-
 sebius libro primo de vita eius capit. 23. & Socrates
 libro primo Historiarum capitul. 2. & de quodam Io-
 sepho refert Epiphanius hæres. 30. Aut per re-
 præsentationem extrinsecam, & visibilem in ali-
 quo corpore aereo ad eum modum, quo olim an-
 te incarnationem solebat Verbum Diuinum in
 specie humana apparere, ut est multorum prisco-
 rum Patrum sententia. Et hoc modo exponi pos-
 sunt apparitiones factæ sancto Carpo, Antonio, &
 multo magis aliæ, quæ leguntur factæ sanctæ Bri-
 gittæ, & Catherinæ Senensis, aliæque id genus. Aut
 per visionem etiam externam, & corporalem, qua
 tamen visus sit Christus non in terra, sed in caelo
 existens, sicut visus est ab Stephano, & fortasse et-
 iam à Paulo, ut omittam, multas ex apparitioni-
 bus (quæ referuntur) confictas esse, alias vero inter-
 dum fieri virtute demonis transformantis se in
 Angelum lucis, ac Diuinum Christi nomen sibi ar-
 rogantis, ut in vita Martini, Antonii, aliorumque
 Sanctorum legimus. Non inuenio hunc dicendi
 modum expresse traditum ab aliquo Doctore ca-
 tholico, nec mihi videtur posse commode defendi,
 præsertim propter ea, quæ scriptura tradidit de appa-
 ritione facta Paulo, & ea, quæ Sancti referunt de
 apparitione facta Petro, & multum etiam virgent,
 quæ de beata Virgine tradidimus. Quapropter li-
 cet omnes aliæ apparitiones possint probabiliter
 aliquo ex tribus prædictis modis explicari: iis au-
 tem tribus Christi visionibus, seu descensionibus
 non videntur posse accommodari.

Secundus dicendi modus est, Christum post a-
 scensionem suam interdum & descendisse in terras,
 & à caelesti loco ad breue tempus secessisse. Hanc
 sententiam docet expresse D. Thom. hic quaest. 57.
 artic. 6. ad 3. & Caietanus ibidem, & alii recentio-
 res. Quæ sententia probabilis est. Nam ea (quæ
 in principio adducta sunt) solum probant, locum
 caelestem esse proprium, ac permanentis domicilium
 Christi, ut habitat tanquam in proprio Regno, ac
 throno: non tamen propterea necesse est, ut ibi im-
 mobilis semper maneat, neque scriptura vnum id
 docuit. Et hoc etiam satis est, ut semper possumus
 vere, & sine deceptione, cogitatione ascendere ad
 Christum in caelo commorantem. Quia quando
 hoc modo de Christo cogitamus, non affirmamus
 expresse, ac veluti mentale propositionem faci-
 endo, Christum in hoc momento esse localiter in
 caelo præsentem: sed simpliciter cogitamus de Chri-
 sto, qui in caelo regnat, cuius thronum, ac sedem sci-
 mus esse in regno caelesti. Sicut nunc etiam possum
 ego cogitatione fieri Romæ præsens, ut de summo
 Pontifice, qui illic præsidet, cogitem, quamvis non
 affirmem, nec sentiam ipsum nunc in vrbe conti-
 neri. Quod si frequentius fideles simpliciter cogi-
 tant Christum in caelo existentem, id est, quia fre-
 quenter ibi comoratur, & nunquam abest ni-
 si rarissime, & ex singulari priuilegio & dispensatio-
 ne, & breuissimo temporis spatio. Et in hunc mo-
 dum limitandam censeo hanc, & sequentem sen-
 tentiam, ut statim dicam.

Tertius modus dicendi est, Christum, ex quo in
 caelum ascendit, nunquam caelestem locum dese-
 ruisse, & tamen interdum in terris visibiliter appari-
 uisse per veram, ac realem præsentiam sui corporis,
 existendo nimirum simul in duobus locis modo (ut
 aiunt) quantitatiuo, & circumscriptiuo. Ita sen-
 tit ex Scholasticis Ioannes Maior in 4. distin. 10. qu.
 4. idem libenter amplectuntur, qui his temporibus
 contra hæreticos, pro præsentia reali Christi domi-
 ni in Eucharistia, pugnant. Et est opinio probabilis.
 Quia quod supponit, nimirum, posse esse idem cor-
 pus

Eusebius.
Socrat.
Epiphanius.

Christum
post ascen-
sionem in ter-
ram inter-
dum descen-
disse, vel in
caelesti sede
probabile,
D. Thom.

Maior.

pus in duobus locis secundum modum quantitatis, A
omnino verum, atque indubitatum mihi est, ut la-
tius in sequenti tomo Deo dante explicabimus. Si
autem hoc est possibile, facilius explicatur, & con-
ciliantur omnia scripturæ testimonia, asserendo ita
factum esse, cum aliunde nullum sit incommodum
neque difficultas vlla, quæ in contrarium obijci pos-
sit: quin potius, & ad maiorem Christi maiestatem,
& auctoritatem spectat, ut suo loco, & sede regia non
recedat: & tamen benignitatis, & caritatis ergo in-
terdum amicos inuolat, præsentiaque sua reficiat.
Hæc autem sententia eo moderamine intelligenda
est, ut non facile arbitremur, Christum frequenter
viri hoc miraculo, atque omnes apparitiones, quæ
referuntur in historiis, eiusce generis fuisse. Non
enim sunt multiplicanda tam ingentia miracula, B
quando alij modi faciliores sufficiunt.

Christus non
fuit in throno in-
terdum cor-
poraliter en-
sitam de-
scendit.

Ex ijs ergo tribus dicendi modis, illum vnum
simpliciter, atque absolute verum existimo, Chri-
stum scilicet post ascensionem aliquando in terra
fuisse: an vero tunc celo abfuerit, necne, incertum
mihi est, & fortasse aliquando simul fuit in utroque
loco, ut verbi gratia, cum Petro, vel Paulo apparuit:
tamen, si verum est descendisse ad beatam Virgi-
nem in die assumptionis, ut eam secum in gloria, &
honore ad celum deduceret, non videtur verifi-
cabile tunc simul in celo fuisse, atque iterum cum
matre illuc ascendisse. Et ita sentiunt sancti Patres,
qui de hoc mysterio loquuntur. Dicunt enim Chri-
stum cælesti circumfusus curia ad matrem descen-
disse, sentiunt ergo eo tempore cælestem locum re-
liquisse. Et hoc mihi de hac apparitione videtur
probabilius, quamquam de alijs res sit dubia, & in-
certa.

QVÆSTIO LIX.

De iudiciaria potestate Christi, in sex arti-
culos diuisa.



Einde considerandum est de iudiciaria pote-
estate Christi.

Et circa hoc queruntur sex.

Primo, vtrum iudiciaria potestas sit at-
tribuenda Christo.

Secundo, vtrum conueniat sibi, secundum quod est ho-
mo.

Tertio, vtrum eam fuerit ex meritis adeptus.

Quarto, vtrum eius potestas iudiciaria sit vniuersalis re-
spectu omnium hominum.

Quinto, vtrum præter iudicium, quod agit in hoc tempo-
re sit expectandum aliud vniuersale iudicium futurum per
ipsum.

Sexto, vtrum eius iudiciaria potestas etiam ad Angelos se-
extendat.

De executione autem finalis iudicij conuenientius age-
tur, cum considerabimus de his quæ pertinent ad finem mun-
di: nunc autem sufficit ea sola tangere: quæ pertinent ad Chri-
sti dignitatem.

ARTICVLVS I.

Vtrum iudiciaria potestas sit specialiter Christo at-
tribuenda.



Ad primum sic proceditur. Videtur, quod
iudiciaria potestas non sit specialiter at-
tribuenda CHRISTO. Iudicium enim ali-
quorum videtur pertinere ad Dominum
Vnde dicitur Romanorum decimoquar-
to, Suarez. tom. 2.

10. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Sed esse Domi-
num creaturarum, est commune toti Trinitati. Non ergo spe-
cialiter debet attribui Christo iudiciaria potestas.

2. Præterea. Danielis septimo dicitur: Antiquus dierum
sedet, & postea subditur. Iudicium sedet, & libri aperti sunt.
Sed antiquus dierum intelligitur Pater: quia ut Hilarius di-
cit in Patre est æternitas. Ergo iudiciaria potestas magis est
attribuenda Patri, quam Christo.

Lib. 2 de
Trinit. paulo
lo ap. prin. &
li de synodis
paulo post
prin.

2. Præterea. Eiusdem videtur esse iudicare, cuius est argue-
re. Sed arguere pertinet ad Spiritum sanctum: dicit enim Do-
minus Ioannis decimo sexto. Cum autem veneris ille (scilicet
Spiritus sanctus) arguet mundum de peccato, & de iustitia,
& de iudicio. Ergo iudiciaria potestas magis debet attribui
Spiritus sancto, quam Christo.

Sed contra est, quod dicitur actuum decimo de Christo.
Hic est, qui constitutus est à Deo, iudex viuentium & mortuo-
rum.

Respondeo dicendum, quod ad iudicium faciendum
tria requiruntur. Primo quidem potestas subditos coer-
cendi. Vnde dicitur Ecclesiast. septimo. Noli querere fieri
iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Secundo
requiritur rectitudinis zelus: ut scilicet aliquis non ex odio
vel liuore, sed ex amore iustitie iudicium proferat: secun-
dum illud Prouerbiorum tertio. Quem enim diligit Domi-
nus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Tertio
requiritur sapientia, secundum quam formatur iudicium.
Vnde dicitur Ecclesiast. decimo. Iudex sapiens iudicabit popu-
lum suum.

Prima autem duo præcoguntur ad iudicium. Sed pro-
prietarium est, secundum quod accipitur forma iudicij. Quia
ipsa ratio iudicij, est lex sapientie vel veritatis, secundum
quam iudicatur. Et quia Filius est sapientie genitus, & ve-
ritas à Patre procedens, & ipsum perfecte representans, ideo
proprie iudiciaria potestas attribuitur Filio Dei. Vnde
Augustinus dicit in libro de Vera religione. Hæc est incom-
mutabilis illa veritas, quæ lex omnium artium recte dici-
tur, & ars omnipotentis artificis. Vt autem nos & omnes ani-
ma rationes, secundum veritatem de inferioribus recte iudi-
camus, sic de nobis quando eidem coheremus, sola ipsa veri-
tas iudicat. De ipsa vero nec Pater: non enim minor est, quam
ipse. Et ideo, quæ pater iudicat, per ipsam iudicat. Et postea
concludit, Pater ergo non iudicat quemquam: sed omne iudi-
cium dedit Filio.

Cap. 31.
tom. 1.

Ad primum ergo dicendum, quod ex illa ratione pro-
batur, quod iudiciaria potestas sit communis toti Trinita-
ti: quod verum est. Sed tamen per quandam appropria-
tionem, iudiciaria potestas attribuitur Filio: ut dictum
est.

In cor. art.

Ad secundum dicendum, quod sicut Augustinus dicit in
sexto de Trinitate Patri attribuitur æternitas propter com-
mendationem principij: quod importatur in ratione æterni-
tatis. Ibidem etiam Augustinus dicit, quod Filius est ars
Patris. Sic igitur auctoritas iudicandi attribuitur Patri, in
quantum est principium Filij. Sed ipsa ratio iudicij attribui-
tur Filio, qui est ars & sapientia Patris: ut scilicet, sicut
Pater facit omnia per Filium, in quantum est ars eius: ita et-
iam iudicat omnia per Filium in quantum est sapientia &
veritas eius. Et hoc significatur in Daniele: vbi primo dicitur,
quod Antiquus dierum sedet: & postea subditur, quod Filius
hominis peruenit vsque ad Antiquum dierum, & dedit pote-
statem & honorem & regnum. Per quod datur intelligi, quod
auctoritas iudicandi est apud Patrem, à quo Filius accepit po-
testatem iudicandi.

Lib. 6. c. 103
cir. pr. tom. 3.

Eodem nunc
dicto cap.
tom. 3.

Ad tertium dicendum, quod (sicut Augustinus dicit su-
per Ioannem) ita dicit CHRISTVS, quod Spiritus san-
ctus arguet mundum de peccato: tanquam diceret, ille dis-
fundet in cordibus vestris charitatem, sic enim timore de-
pulsus,

Eff

pulsus,